Q. D. B. V.

DISPUTATIONEM HANC INAUGURALEM DE INVESTITURA,

Cum Corollariis adjectis:

DECRETO ET AUTHORITATE

MAGNIFICI, NOBILISSIMI ET AMPLISSIMI JCTORUM ORDINIS IN ACADEMIA GIESSENA;


PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE DOCTORATUS Immunitatibus & Honoribus ritè obtinendis

Solenni examini ſubmittit.

Die Februar.

CHRISTOPHORUS SINOLT COGNOM. Schütz BUTZBACH. WETTER.





GISSÆ HESSORUM,

Ex Officina Typographica CHEMLINIANA.

M. DC. LV.


VIRO

Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo

atque Excellentissimo

DOMINO JOHANNI HELVICO SINOLD COGNOM. Schützen JCto Celeberrimo, Consiliario Hasso-Darmstatino fidelissimo atque Professori Jurium in Academia Giessena Ordinario, meritissimo:

Agnato suo plurimùm colendo, Patrono suspiciendo atque Præceptori honorando.



Omen Tuum, per orbem celeberrimum, thesibus hisce Inauguralibus inscriptum vides VIR NOBILISSIME, *qui, si de rationibus, quibus impulsus, cogitare volueris, mihi ignosces, ea autem nec* Tuam Excellentiam, *nec ullum alium, nisi ignorare volentem facilè latebunt: Magnæ enim Tuæ qualitates,* VIR MAGNE, *Ingentia beneficia atque benevolentia in me immerentem collata* Patrone suspiciende; *atque fidelissima Tua informatio* Præceptor honorande *à me exigunt cultum, honorem, servitia munera, obedientiam, quæ ex parte pro virili* Tibi *me hactenus exhibere voluisse, atque in posterum exhibiturum esse publicè profiteor atque promitto; Quid verò muneris loco, quod testimonium perpetuæ gratitudinis atque obedientiæ esse debebat, offeram, præter theses has Inaugurales non habeo, res enim patrimoniales à me non acceptas: Suscipe ergo benevolo animo eas, quibus Tibi polliceor cultum perpetuum* VIR MAGNE, *honorem servitia,* Patrone suspiciende, *obedientiam,* Præceptor honorande, *theses ipsæ sint loco muneris, quas inquam suscipe læto animo, sicuti offeruntur pectore obedientissimo atque devoto, meq; Tibi recommendatum habe. Ero ego*

Nobilis: Tuæ Excell.

Addictissimus Servitor

CHRISTOPHORUS SINOLD Cognom: Schütz.

A. D. G.

THESIS I.



Rudenter Valerius Maximus *lib.5.c.3.* *Dandi inquit, & accipiendi commercium, sine quo vix vita hominum constat, perdit & tollit, quisquis bene merito parem referre gratiam negligit.* Id quod Legislatores nostri expendentes *de beneficiis* quoque non uno in loco certum nobis constituere jus. vid. *l.25.§.11.de pet.hered.l.10.§.fin. ff.de bon.possess. contr. tab.l.84.ff.de hered.instit. l.3.ff. de Constit. Princip. Dn. Wilhelm. Anton. de Rescript.morat.concl.31.n.38. & seqq. Chopp. in Philosoph. jur. lib.3.c.3. per tot. August. Barbosa.in princip.seu loc.comm.Iurispr. voce benefacere.*

II.

Nobilissimum beneficium uti dicitur in 1.F.1. §. 4.14. *& seqq. usq; ad tit.25, & 2.F.1.§ fin.3.in pr. & §.1.8.§.fin.9.pr. & §.fin.10. Carpz. 1.F.S.P.2.C.45.Def.30.* Non tamen semper gratuitum *Goth. Ant.Disp. Feud.1.th.2.lit.a.Rosenth.in synops.jur.Feud.c.1.Concl.2.& c.2.concl.61.* per *text.in* 1.F.1. Feudum nempe, quod & beneficium dicitur in 1.F.1. *in fin.14. Rubr. & text.2. F.24.in pr. & 55.* Germ. Lehn quod variè à Dd. derivatur, nobis à fide dictum per *text.in 2.F.3. in fin.* derivatione tamen non grammatica sed ex ipsius essentia vel forma desumpta, *Ludwel.in Synops.1.F.c.2. Struv.Disp.Feud.2.th.1.* unde vasalli passim fideles in jure feudali dicuntur triplicem in jure feudali acceptionem admittit, quarum primam vid. *in 2.F.3. §.1.2. F. 9.pr. vers. si verò,* secundam *in 1. F. 4. §.3. & fin.* tertiam *in 2. F. 39. 55. in pr.* quam & nos hic admittimus, ubi scil. pro ipso jure quod tam Dominus quàm vasallus in re feudali habet, atque relictis aliis definitionibus vel descriptionibus quas videre licet apud *Vultej.lib.1.c.2.*& alios. *Cum Nobilis*

bilis. Amplis. atq; Consultis. Dn. D. Schützen *Consiliar. Hass. Darmst. & Professore Iurium Ordin. Patrono atq; Praeceptore meo aetatem venerando in Praelect. suarum feudal. cap.* 2. ita definire malumus: Quod sit quasi dominium in re aliqua constitutum ab eo, qui ejus rei habet potestatem sub lege mutuae fidelitatis.

III.

Sicut autem necessitas & utilitas publica caeterorum jurium, vid. *Ludwel. in Synops. Iur. Feud. c.* 1. ita & consuetudinum feudalium causae extiterunt, Feuda autem ipsa potissimum ex bello, quod victores quando que partis tuendis non sufficerent, inde vel devictis agros, feudos q; clientulae loco concederent, vel benemeritos sub certis conditionibus agris occupatis donarent, unde tandem ipsa feuda, conf. *Zas. d. tr. part.* 1. *n.* 1. Constat enim ex *Tacit. de Morib. Germ.* quod Germani Principes habuerint Comites, qui ipsis fidelem in bellis exhiberent operam, His fidelibus credibile est concessa, postea fuisse à Principibus praedia, tum in ipsis Germanorum, tum in occupatis bello terris sub conditione fidei & servitii militaris, ut non solum ipsorum opera in bello uti, sed etiam devictos, virtute illorum in fide continere possint, quod confirmant ipsae leges & mores feudales, ex quibus apparet, feuda propter militiam constituta, iisq; vasalli milites saepe dicti. conf. 2. F. 21. 22. 23. *in fin.* 51. *in fin.* Sic Molinaeus *Comment. in Paris. Consuet. tit.* 1. *pr. n.* 12. 13. ex historiis deducit Francos terras Marte suo occupatas in feudum concessisse: Simili ratione Longobardi in Italia cum seculo à C. N. VI. illam occuparent feuda constituerunt: Sic enim *Huldericus Mutius Chron. German. fol.* 40. *edit. Nidan.* de Alboino Primo Longobardorum in Italia Rege scribit: *Post haec in Subriam & Mediolanum capit, & sic deinceps omnia dirigit, agros suis dividit, quotidiè sine intermissione ex Germania plures sequebantur, quibus omnibus possessiones dabantur, add.* 1. F. 1. Imò ipsi quoque postea fundorum Domini vel ex singulari devotione erga superiores, vel necessitate coacti, aut se dedentes aut tutelam quaerentes, potentioribus se & res suas sub ejusmodi conditione subjecerunt, *Knich. de sublim. territ. jur. c.* 1. *n.* 102. *add. Struv. d. Disp.* 1. *th.* 3. ubi plura de origine hujus rei: Utilitas autem hujus instituti maximè in eo, quo milites haberentur in promptu, hiq; dum pro rebus propriis militare coacti essent, eò fortiùs pugnarent *Zas. & Struv. dd.*

ll. Heig.

R.Heig.1.Quest.Illustr.1.per tot. quanquam olim in perpetuum non concedebantur, ceu videre est ex 1. F. 1. §. *& quia vidimus* 1. ubi ab initio feudum, precariò, mox ad annum, post ad vitam, tum ad filios, sed eos, quos vellet Dominus, perveniret: Hodie autem indulgentia Regum irrepsit, ut omnia ferè feuda etiam regalia, regulariter sub lege transmissionis concedantur, vid. *Magnif. atq; Nobiliß. Dn. Cancellarii* Schützen *Patoni mei Magni atq; Patrui Pa.ris loco suspiciendi, Colleg. publ. de Stap. Rei Rom. Vol. 1. Disp. 6.th. 5.* & territoria quæ titulo administrationis olim tantum tenebantur, jure quodam patrimoniali ac propriò ad heredes etiam sub perpetuæ fidelitatis cautione transmittantur, ita ut ipsis ex plenitudine potestatis auferri non possint: Bono an malo Reipublicæ aliis judicandū relinquo: Judicat de eo ita *Baccon. in serm. fidel. c.* 14. *Nobilium,* inquiens, *potentia & autoritas in Monarchia Principi impertit splendorem, sed potestatem imminuit, bene se res habet, cum nobiles non sint potentiores quam aut Imperii aut justitiæ ratio postulat.* Interim & illud certum est, feudorum consuetudines, jubente illa ipsa necessitate vel utilitate, de qua ante diximus, non tantum apud Longobardos, sed omnes fere gentes saniores usurpari, sicq; Jurisgentium dici posse *Anton.d.Disp.1.th.1.lit.c.argum.* 2.F.1. etsi & illud concedere necesse sit, feuda apud omnes gentes omnibus numeris æqualia haud esse, sufficere n. putamus, forma essentiali fide sc. convenire, cùm det esse rei, secundū *l. 7. ff. de Rest. in integr.* & alias qualitate intensiores, aut remissiores substantiam quidē alterent & afficiant, nō tamē evertant *Limn. lib. 4. J. P. c. 1. n.* 11. Nempe à primis rerū incunabulis prdia omnia libera, & ab omni onere immunia erant; cunctisq; communia, & velut unū patrimoniū omnibus, quo factum, ut statim quisque hominum ad suos usus arripere posset, quod vellet, & quæ poterat consumere, confer. *quæ pulchrè hic congessit Hugo Grot. de jur. Pac. & Bell. lib. 2. c. n.* 2. Verum cum in hac simplici vita homines non persisterent, invasitq; libido habendi, discretæ gentes, dominiaq; introducta occupatione scil. *l. 5. ff. de I. & I. Grot. d. l.* factum ut alia prædia sub lege servitii, alia sub lege meliorationis, alia sub lege annuæ præstationis, alia sub lege servitii & meliorationis simul concederentur, hinc illa quæ sub lege servitii militaris ab initio dabantur, Feuda dicuntur, alia vero nec servitio, nec censui sive vectigali sive Canoni obnoxia, quæ

Longobardis allodia dicta, quæ *Guido Papa decis.* 560. definit quod à nemine recognoscantur, ac Deo, sed perperá uti quoq; observavit *Frid. à Sabde in consuet. Feud. Geldr. c.* 1. Cum etsi quis bona sine patrono habeat, illa tamen non statim sint exempta, supereminenti illo dominio, quod quælibet Respublica in bona subditorum habet, *add. Struv. Disp.* 2. *th. fin.* Quod si tamen de causa efficiente propinqua juris feudalis, quatenus scil. in Imperio Romano se habet, ut pars integrans Jurisprudentiæ & authoritatem legis continens, loqui velimus, aliam eam non constituerimus, quam solum tacitum Imperatorum consensum, qui dum id non tantum in scholis doceri, & in judiciis allegari permittunt, sed & ejus decisiones multis in locis, mox detrahendo, illic addendo, alibi ratihabendo confirmarint, vid, 1. *Feud.* 23. 2. *F.* 44. & 53. id approbasse censentur *l. sæpe. vers. scientibus. ff. de Re. jud.* vimq; legis dedisse *l.* 11. *de LL. Vultej.* 1. *Feud.* 1. *n.* 5. & *seq.* De quæstione autem illâ, à quibus scil. hoc jus primo introductum, opiniones decem collegit *Hunn. de Feud. c.* 1. add. *Struv. Disp. Feud.* 1. *th.* 3. ubi addit quod in tanta discrepantia sententiarum certi quid statui nequeat, cum quæ moribus introducta, eorum initia demonstrari facilè non possint. Diximus autem supra hoc jus quatenus nos obligat, tacito Imperatorum consensu introductum esse, cum nullibi sanctione pragmatica imperatum vel introductum sit, & confirmatum licet sit, nequaquam tamen ut jus scriptum adhiberi debet, approbatum enim est, ut jus moribus introductum non ut jus scriptum, sicq; obtinet argumentũ ex *l.* 1. §. 30. *in fin ff. Depos. l.* 12. *in fin. ff. ad Sct. Maced.* vid. *Vultej. de Feud. c.* 1. *n.* 1. & *seqq.* quod scil. initium cujusvis rei spectari debeat, quæ autem jura de feudis à Germanis introductis recepta, ut sunt consuetudines feudales; Constitutiones quidem Imperatoriæ nec non decreta Pontificum, præterea Consuetudinines Saxonicæ atque Svevicæ, quæ ab incerto authore consignatæ, de quibus Saxonicis nempe & Svevicis juribus, vid. *Goldast. Tom.* der Reichsatzungen *in præf.* quomodoque distinguantur in jura nempe feudalia Imperii nostri communia & particularia tradit Struvius post alios *d. Disp. th.* 5. & *seqq.* Illa in toto Imperio Rom. universaliter obtinent, regulariter nisi consuetudine speciali aliud introductum vel conventione aliud pactum fuerit, & continent Constitutiones expressa sanctione ab Imperatoribus

peratoribus Germanicis promulgatas, & Pontificum Decretales, quatenus usu in Imperio sunt firmatæ & Consuetudines Longobardicas usu in universa Germania receptas: Hæc iterum duplicis generis sunt. Quædam enim in multis Imperii Provinciis & civitatibus obtinent, cujusmodi est jus feudale Saxonicum, quatenus usu receptum: quædam in hac vel illa provincia vel civitate vigent, ut Constitutiones quædam provinciales feuda concernentes: Ut autem quis prudenter jura feudalia ad casus in Republica obvenientes applicet, justum ab injusto discernat, jura hæc applicanda solidè cognita habeat necesse est, modosq; jus cognitum applicandi legitimè adhibeat. Inspiciendo nempe verba investituræ & conventionis feudalis, post observando, jura particularia potissimum consuetudinem ejus loci ubi situm feudum si controversia de re feudali. Tum deficiente hac attendendo jus feudale commune, denique si nec ex hoc casus decidi potest deveniendum ad jus civile *argum*, 2. F. 1. Quoad modum interpretandi jus feudale species facti ejusque circumstantiæ inspiciendæ & considerandæ, quibus consideratis verba, mens & ratio ad factum singulare applicanda vel per simplicem interpretationem, vel extensionem, vel restrictionem, vel ex usu interpretationem sumendo, vid. quæ infra de pactis addimus. *Strur. d. Diss. th. ult.* Cæterum de divisionibus feudorum variis, personis tàm constituentibus, quàm acquirentibus, objecto, forma, effectu primo & ab hoc orto, respiciente vel personam Domini vel vasalli Affinibus, contrariis quid ultra ea, quæ in ipsa tractatione materiæ propositæ incidunt, addere, non solum longius, sed & contra propositum foret, pauca saltem de modis constituendi acquirendiq; feudi delibabimus, utpote sine quorum accurata cognitione de investituræ natura frustra statuerimus.

IV.

Mirè autem hîc variant Doctores: Sunt n. qui distinctionem inter constitutionem & acquisitionem feudi planè negant, quos citat *Ludvvell. d. tr. c. 7 in pr.* quibus add. *Bronchorst. in method. feud. c. 5.* Refutantur tamen ex eo, quod sicut jure communi; Res allodialis per traditionem non acquiritur, nisi ex justa causa ad dominii translationem apta *l. 31. pr. de Acquir. rer. dom. §. per traditionem I. de R. D.* ita & jure feudali feudum per investituram non acquiritur vasallo, nisi ex

aliqua

aliqua causa ad acquirendum feudum idonea, argum 2. . F. 1. *vers. Strenuus.* tum quia feudum ususfructus instar obtinet in aliquibus 2. F. 23. §. *ult.* usufructus autem nemini acquiritur, nisi ex causa quadam ejus constituendi justa, puta legato, *l. 3. pr. de usuf.* §. *fine testamento I. eod.* quibus add. *tit.* 1. 2. 16. 20. 22. 24. *lib.* 1. *F. it.* 2. *F.* 4. §. *cum autem dixerit.* Quarum causarum postea hic effectus est, ut scil. feudum inter vivos promissum vel ultima voluntate constitutum, agere ex ea causa possit, ut de feudo eo investiatur, reiq; possessionem adipiscatur *Rosenth. in Synops. I. F. c. 6. Concl. 3. & 4.* add. quæ *inf. th. seq.* addemus. Alii quidem agnoscunt differentiá, in ipsa tamē tradenda non cōveniunt; Ipse *Ludvvel. cit. loc.* constituendi modos vult esse testamentum, emptionem, permutationem, stipulationem, nudam conventionem; Acquirendi verò investituram, præscriptionem & successionem, verum quid de hac sententia sentiendum præsens & sequens theses docebunt. *Finckelth. Disp. 6. Contr. 1. & 6.* modos constituendi feudi facit ultimam voluntatē, successionē & conventionē, verum nec sic rectè distingui hosce modos exinde probabile est, quod successio accuratè loquendo, non tamen modus constituendi ac transferendi feudi sit, etsi, quod ita de persona in personam ambulet, succedēs latè acquirere dici possit, qui ex prima investitura jamdum id acquisitum habet, ita ut executio tantum suspendatur *Rusdorff. in vind. Palat p. 119. n. 63.* unde & munus generis non donum parentis dicitur juxta *Baldum*: Conventio etiam minus propriè dicitur modus constituendi feudi per ea quæ latè tradit *Bachov. in Comment. ad* §. *ult. Inst. de servit. rustic. & urban. præd.* Quod ultimam voluntatem attinet, in eo consentimus, transfert enim ipso jure dominium *l. 9. §. 5. de pecul. l. 80. ff. de legat. 1. l. 64. ff. de furt. in fin.* Sed ita minus accuratè conjunguntur conventio & ultima voluntas, illa enim parit obligationē vel jus ad rem *l. 3. ff. de O. & A.* hæc dominiū vel jus in re per *dd. ll.* Bocerus *Cl. 5. Disp. 6. th. 6.* modos constituendi feudi vult esse investiturē novā, præscriptionē & successionē; Verum confundit & ipse modos acquirēdi feudi cū modis constituēdi, Bronchorst. *Disp. feud. 2. c. 5. pr.* pro modis constituēdi ponit liberalitatē & præscriptionem, sicq; priorem confundit cum causa impulsiva, quæ liberalitas, quod tamen jam in plurimis variatum patet ex 1. F. 1. *in fin.* 2. 16. 20. 2. F. 12. & 1. F. 4. §. *cum a.*: alterum cum modis feudi constituendi. Alii alios faciunt modos, quos præterimus.

V. Nos

V.

Nos cum *Nobiliss. atq; Consultiss. Dn. D.* Schützen *supra laudato ex prælect. feudal. c.* 4. ita procedimus, distinguendo nempe causam efficientem propinquam, quod alia sit principalis alia instrumentalis, ut illa sit voluntas eorũ, qui feuda constituere possunt, quæ vel expressa vel præsumpta, illam observare licet in conventione de feudo constituendo, ultima voluntate & ipsa investitura, præsumptam in præscriptione: Instrumentales sunt modi, quibus ceu instrumentis utitur voluntas nostra ad feudum in esse deducendum: Modi autem hi vel respiciunt promissionem tantùm, vel constitutionem vel acquisitionem: Promissio fit per conventionem, constitutio per ultimam voluntatem, acquisitio per investituram & longi temporis possessionem; Ita *Excellentiss. Dn.* Schütz / quem tanquam Præceptorem meum fidelissimum mihiq; suspiciendum meritò sequor. Fit autem omnis conventio vel nudis placitis seu promissione simplici, vel mediante aliquo contractu *Wesenb. in pr. ad tit. de pact. n.* 2. Illa quidem si inter partes agitur, ut alter alteri quasi dominium in re sua constituat sub conditione fidelitatis & servitiorum, & hanc conventionem Dd. contractum feudalem appellant, ut vult *Ludwel. cit. loc.* de quo inde disputant, an sit nominatus, an innominatus, stricti juris an bonæ fidei add. *Struv. d. tr. Diss.* 8. *th.* 4. labore inani, cum certum sit pactum vestitum ex natura sua & intrinsecè tale non esse, hoc enim ipso indigitantur contractus vel nominati, si nomen habeant & causam *l.* 7. §. 2. *ff. de pact.* vel innominati si causam tantùm habeant, consistit enim in nudi pacti finibus: Neque facilè dici poterit ex accidenti vel extrinsecè vestitum, quod scil. lege speciali vestitum est, *l. 6. eod.* quale est in *l.* 35. *C. de donat.* cum lege ad effectum hunc ut actionem producat, nullibi confirmatum legamus, quicquid tamen sit, communius placuit parere actionem ex moribus *Carpz. I. F. S part. 2. Const.* 19. *Def.* 17. *n.* 8. *Vultej.* 2. *de Feud. c.* 1. *n.* 12. Contractu mediante feudum promittitur, si stipulatione, venditione, permutatione, &c. de feudo cedendo conventum est, sicq; promissum ea actione personali, quæ oritur ex natura cõtractus, quo conventũ est, peti potest, hinc si stipulatione promisũ, actione ex stipulatu agetur, si venditione actione ex empto, si permutatione, actione præscriptis verbis, si pacto le-

B gitimo

gitimo actione ex lege & secundũ communé, si pacto nudo actione ex moribus *Vult.lib. 2.F.c.1.n.11. Wes.de Feud c.17.n.8. Rosenth. in synops. 1.F c.12.concl. Borch.in comm.in usus Feud.c.9.Duar.de Feud.c.18.n.2.* Sola n.feudi promissione jus in re nõ constituitur, sed obligatio personalis acquiritur, ex qua promissor ad tradendũ tenetur *l.3.ff. de O. & A.* add.Rosent.*d.tr.c.2.concl.1.n.10 &c.6.concl.2.& seqq.* An a.Dominus ex tali promissione feudi obligatoria cõpetenti actione conventus, præcisè tradere teneatur novo vasallo, & de eo ipsum investire, cui promisit, an verò solvendo interesse liberetur Q: posterius affirmatur *comm. vid.Vultej.d.l.n 11. Borchold.d.tr. c.12. n.13. Coler. 1. Decis. Spir. 14. n.fin.* Verum contrarium probabilius videtur 1. argumento à contrario sumpto ex 2. F. 3. *in fin.* quod firmissimum *Everh. in loc. Top. loco à contrario.* 2.quia jure feudali de hoc expresse nihil cautum, ergo juri communi meritò statur *arg.* 2. F. 1. quod præcisam requirit rei traditionem, si facultatem tradendi habeat, vid.interim *Magnif. Dn. Cancell.* Schüß *Exercit.16.th.8 Bocer.de invest.c.2.n.25.& seqq. Finckelthaus d.7.th.7.* ubi simul ad contraria respondent. *add.* §.1. *l.de Empt.vend. l.11.§.2.l.30.§.fin.ff.de act.empt.l.45.ff. de contr.empt.l.8.de evict.*

VI.

Thesi 5. diximus feudum constitui ultima voluntate, quod probamus ex *thesi supr.* 4. fitq; tum, si Dominus rem alicui in feudum constituit testamento, codicillis, donatione mortis causa &c. *argum.l.1.C.de SS.Eccles.*quę cum jure feudali mutata non sit, meritò & in eo obtinebit argum. *text. in* 2. F. 1. *add. Ludwel. d.l.* ubi ad contraria respondet: Potest tamen hæres etiam ita quis institui, ut cohæres habeat dominium directum, ille quasi dominium; Constituto autem ita feudo hęres vel legatarius convenientibus actionibus id consequentur vid.th.præcedens, cui add.*Bocer.d.tr.c.2.n.19.*

VII.

Modos promittendi & constituendi feudi, sequuntur modi acquirendi ejus, qui sunt investitura & præscriptio, quæ & investitura præsumpta dici solet. *Vultej.lib.1.Feud.c.9.n.4.ibi: Investitura præsumpta resultat ex lapsu temporis, quo non minus atq; investitura vera feudum acquiritur, sic Vultej.*species tamen investituræ non est *vid.thes.inf.*11.ut autem eo felicius & ordine non interrupto in materia proposita pergere liceat, ea, quæ de præscriptione hic parcissimè addere necessarium

ceſſarium duxi, præmittemus: Ita autem Feudiſta *in* 2. F. 26 §. *ſi quis per triginta annos rem aliquam in feudum poſſederit, & domino ſervitium exhibuerit, quamvis ea de re inveſtitus non ſit, præſcriptione tamen* 30. *annorum ſe tueri poteſt*: De ratione hujus diſputent alii, nobis pro ea textus ſufficiat, etſi ratione non carere certum ſit vid. *Bocer. Claſſ.* 5. *Diſp.* 17. *th.* 14. quin vero ſtatuto vel conſuetudine ſpeciali brevius tempus induci poſſit, non negaverim, interim brevius in jure feudali expreſſum & admiſſum nullo textu probaverit *Clarus in* §. *feudum Quæſt* 19. *in fin.* textus enim quem allegat ex *Cap. extraord.* 87. ex jure feudali interpretandus venit, quo tempus longum eſt 30. annorum jure civili Juſtinianæo longiſſimum *d. t.* 26. moribus Belgii præſcriptionẽ ſeculi trientis obſervari refert *Grnævv. de LL. abrog. ad* 2. F. 26. Cæterum non diſtinguimus rem ipſam in qua feudum acquiritur, privata ſit an publica, Secularis an Eccleſiaſtica, non diſtinguente textu, *E. l. de precio ff. de public. in rem act.* modo tempus ſit completum, & requiſita ſequentia adſint 1. poſſeſſio rei tanquam feudalis *d.* §. *ſi quis.* Si enim alio poſſideatur animo, poſſeſſio ad effectum præſcribendi feudi non operatur, cum nemo poſſeſſionis ſuæ cauſam mutare poſſit *Vultej. c.* 9 *n.* 12. 2. Continuatio poſſeſſionis per 30. annos completa & non interrupta, per particulam P E R in *d.* §. *ſi quis*, æſtimatur autem tempus hoc non à præſtito ſervitio, ſed poſſeſſione, ſic enim dicitur in *d.* §. *qui poſſederit & ſervitium domino exhibuerit*, ubi poſſeſſio exhibitioni præponitur, quod & de rerum naturâ facilè aliter eſſe non poterit: Titulum tamen & bonam fidem de jure civili non requirimus *l. ſicut C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* niſi hanc de jure canon. *c.* 5. 7. *& ult. x. de præſcri.* cui congruit *cap. extraor. in tit.* 87. *vid. Roſenb. d. tr. c.* 6. *concl.* 77. & teſtatur *Gail.* 2. *Obſ.* 18. *n.* 1. in praxi bonam fidem ſemper requiri. 3. Exhibitio ſervitii *d.* §. *ſi quis.* quæ vel ſemel facta ſufficit, dicitur enim in textu ſervitium non ſervitia, neque neceſſariò requiritur ejus præſtatio, ſed exhibuiſſe ſatis eſt, & paratum ad id præſtandum fuiſſe, ubi pluribus exequitur *Vultej. d. l. n.* 4. *& ſeqq.* ubi docet, quod ſicut vaſallus in feudo, quod per 30. tanquam feudum poſſedit; jus feudi præſcriptioni requirat, ita ſi quis per 30. annos nomine fundi liberi ſervitia feudalia à fundi domino vero vel quaſi tanquam à vaſallo receperit, is directum dominium præſcribat, & vaſallum ſibi acquirat, item ſicut præſcri-

 ptione

ptione feudum acquiratur, ita & ea amittatur ex eadem ratione add. *Boeer. Class. 5. Disp. 17. th. 21.* ubi tradit requisita: Vasallus tamen dominium directum præscriptione tali non acquiret contra dominum, non enim sibi habet, sed Domino, & licet habere velit, causam tamen possessionis sibi mutare non potest. Quod & nonnulli in tantum procedere volunt, ut jus dominicum ne seculari quidem silentio perimatur, ceu aliquoties in supremis Galliæ curiis judicatum refert *Lud. Charond. lib. 2. Respons. Jur. Gall. c. 18.* An autem Regaliæ tanto tempore præscribi possint *vid. Vultej. d. c. 9. n. 23.* & quos citat *d. l. d. Colleg. publ. de Stat. Rei Rom. Vol. 2. Disp. 11. th. 3. lit. c.* ubi secundum qualitates personarum diversimodè respondetur, quarum respectu scil. aut considerantur ut res privatæ, aut ut publicæ, ut hæ, si ad superiorem pertinent, & tum non nisi immemoriali tempore præscribuntur, ut privatæ, si par adversus parem vel inferiorem præscribat & sic tempus feudale sufficiet, vel si titulus adsit, idem præstabunt 10. vel 20. anni.

IIX.

Alterum modum acquirendi feudi diximus investituram esse, cujus disquisitionem, quam hac vice elaborandam proposuimus, Boecerus *de investitura in partitione tractatus, subtilem esse dicit, ex qua penitus efflorescere juvenum ingenia valeant, cum materia ipsa adeo ferax sit, ut quæstiones non tantum plurimas, sed & elegantes & utiles pariuriat.* Esse autem investituram modum acquirendi feudi disertè probatur tum per textus expressos *in 2. F. 1. in fin. & 33. in pr.* tum quod facta investitura ad acquisitioné feudi nihil præterea requiratur: Et v. aut de feudo veteri sermo est, aut de novo. Illius intuitu modũ constituendi dici non posse palam est, quia id jamdudum constitutum: Non hujus quia ubi investitura intervenit nihil agendum restat: Neque obstat text. in *t. F. 25.* ubi habetur, quod per investituram feudum constituatur, sumitur enim ibi vox constitui ambiguè ut includat acquisitionem argum. *2. F. 1. in fin. & 33. in pr.* prætereaq; notum nec ipso jure feudali modos hosce semper accuratè satis distingui vid. *Ludwel. cit. c. 7. p. 161.* pariter non adversatur, quod in modo dictis textibus successione etiam dicatur feudum acquiri, cum tamen modum continuandi vel transferendi feudi esse supra dixerimus, tum per ea, quæ modò diximus, aut verò dixerimus, conjungi ob id cum investitura,

ſtitura, quod ſucceſſio illa effectum non habeat, niſi interveniente inveſtitura ſeu potius renovatione, quæ vel præcedat vel ſubſequatur; Variat autem derivatio inveſtituræ, ſecundum varia Doctorum ingenia; Alii enim nomen hoc barbarum eſſe dicunt origine, ut *Hotton. in libell. de verb. feudal. in verb. inveſtitura*: Cujacius verò *lib. 8. Obſ. c. 14. & in Comment. ad tit. 3. in pr. 2. F* docet Authores etiam purioris latinitatis & inveſtire & inveſtimentum & inveſtituram dixiſſe, ſicq; origine latinam eſſe vult cum aliis *Fimkelth. 7. Obſ. 2.* à verbo veſtis, ut ſicut homo veſte veſtiri dicatur, ſic & vaſallus feudo quaſi veſte veſtitus videatur, poſſeſſione ſc. rei: idem ſentit *Andreas Knichen tr de inveſtiturarum pactionibus part. 1. c. 1. n. 1.* Alii Germanicam origine dicunt vocem inveſtituræ à Germ. Veſten / quod firmum ſignificat, indeq; increbuiſſe dicit *Auton. Diſp 4. feud. th. 1. lit. c.* illud, quod tituli loco in uſu Ehrnveſt / quaſi dicat honoris ſervans, *add. Knichen. Hottom. dd. ll. & Forner. de feud. c. 1. p. 35.* movet & ad hanc conjecturam Bocerum, ut non abſurdè à Germ. Veſt derivari putet *d. tr. c. 1 n. 15. §. dici quoq;*, quod in feudorum libris multæ aliæ voces extent, quæ à Germanis petitæ videantur, ut Morgenatica à Morgengab / Marchio à Margraf / Marchia à March / Vaſallus à Vaſelen / &c quas dictiones ſibi reſpondere dicit: Alii ab inveſtiendo vel inveſtire, quod apud *Plinium lib. 37. c. 7.* idem ac veſte aliquem induere ſignificat, ſicut deveſtire apud Apulejum idem ac veſte exuere denotat; Eſt enim inveſtire verbum generale, & quamlibet poſſeſſionis conceſſionem ſignificat, etiam inaugurationem, cum enim is, qui aliquando in ſolennibus inaugurationibus ſolenni veſte induitur & inauguratur, inveſtiri dicitur, & veſtitio ipſa inauguratio, in qua ſolenni veſte quis induitur *Voſſ. de vit. ſerm. 3. c. 54.* Ita etiam ad ſolennem actum illum, quo feudum ceditur vaſallo, qui quaſi inauguratur *2. F. 8. verb. rei per beneficium inveſtita*, hæc vox inveſtitura tranſlata, ceu & inveſtitio dicitur in *1. F. 26 pr. verſ. teſtes verò & 28. vid. Cujac. ſupra cit. loc. Vultej. lib. 1. c. 7. n. 4.* Et accepta licet generaliter hactenus fuerit hæc vox, & ſolennem aliquam juris cujuſdam, quod in re conceditur, vel qualitatis, quæ perſonæ tribuitur, confirmationem & collationem innuerit, ſic inveſtiri per annulum quis dicitur de præbenda *c. 4. x. de conceſſ. preb.* propriam tamen ſibi eam jam feciſſe doctrinam feudalem docet Vultej. *d. l. n. 5.* & ſicut deveſtire generali-

ter sumi potest, ut supra hic, ita & in hac materia, idem ac privare aliquem feudo est *Vultej. d.l. n.* 3. hancq; ultimam notationem probabiliorem faciunt textus illi, ubi investitio idem cum investitura significat, atque hinc investituram non à voce Vest / sed hanc ipsam ab investitura nonnulli accersere malunt *vid. Heig p.* 1. *Q.* 2. *n.* 82. quáquam alii à servanda fide deducant *Höpping. de jur. insig c.* 22. *n.* 212.

IX.

Inq; hac speciali acceptione vel significatione sumendo vocem investituræ, quatenus scil. Consuetudinibus Nobilissimis feudalibus propria est, non una eademq; significatione ubique venit: Sumitur enim 1. pro ipsa possessione per Metonymiam scil. effectus pro causa, ut *in* 2. F. 22. pro instrumento, literis seu scriptura super investituræ actu, memoriæ causa conscripta vulgo Lehnbrief/unde vulgatum illud, quod ante omnia investituræ tenor inspiciendus sit, qui naturam feudi dijudicet, ejusq; juri & naturæ deroget 2. F. 18. 3. pro ipso actu investiendi Germ. die Belehnung vid. *Vultej d c.* 7. *n.* 5. *Goth. Anton, Disp Feud.* 4. *th.* 1. *lit. c. Struv. d. disp.* 8. *th* 1. Inq; hac ultima acceptione sumimus nos & describimus investituram: Quod sit actus solennis, quo Dominus vasallo feudum cedit. Vel ita: quod sit actus, quo Dominus vasallo solennibus legitimis adhibitis jus feudi vel quasi dominium feudi per traditionem cedit: Generis loco posuimus actum, quod genus factis, quæ absolutè celebrantur, cujusmodi est investitura, competit. *l.* 19. *de V. S. junct.* 2. F. 23. licet enim traditionem vel acquisitionem feudi præcedat contractus vel promissio, exemplo acquisitionis dominii de jure civili, quo nunquam nuda traditione transfertur dominium, sed ita, si venditio, vel alia justa causa præcedat, propter quam traditio sequatur *l.* 31. *c. de Acquir. rer. dom.* ipsa tamē traditio factū absolutū est, & implementū ejus, quod promissū vel constitutū: Apparet ergo, quā bene alii, quibus & *Bocer. d. tr. c.* 2. *n.* 34. immemor forsan datę definitionis *c.* 1. *n.* 1. consentit, investiturā per contractū definiunt, cum certò certius sit complementū diversum esse ab ipso cōtractu, hic n. præcedit, illud sequitur: natura scil. Requirimus a. actum solennem *ex* 2. F. 2. ibi: *solenniter fieri v.* 32. ibi, *quia tamen sine hac solennitate f..n, non valet*, de qua solennitate inferius *th.* 22. Cum autem varii sunt actus, differentiæ specificæ loco addere placuit verba, quo

Dominus

Dominus vasallo feudum cedit, hoc enim potissimùm in investituræ actu peragitur, ut Dominus vasallo feudum tradat vel verè vel fictè *Ludvvel.d.tr.c.8.ab initio:* qui tamen paulo aliter ibid. sentit, dum investituram per traditionem definire mavult, quod vocabulum actus generale sit, indeq; latius genus efficiat; Cui tamen facilè ex antedictis satisfieri potest; Conveniunt nobiscum in danda definitione *Bocer. d.tr.c.1.n.1.& Struv. d. Disp. th.* 2. excepto eo, quod addant verba, vasallo fidelitatem promittenti, verum eum, ut infra *th.* 22. patebit, fidelitatis promissio non tam respiciat formam acquisitionis feudi quam ejus constituendi *Reun. Disp. Feud.* 5. *Vultej.d.tr.lib.1.c.6.* superfluè etiam in definitione adduntur: Et licet ut *Bocerus & Struv. dd. ll.* contendunt hæc duo potissimùm in investituræ actu peragi soleant, ut scil. Dominus vasallo feudum cedat, & vasallus Domino fidelitatem promittat, quo ipso etiam ab aliis translationibus, quæ sine tali promissione fidei, robur habeant, specificè differant, in quibus scil. sufficit titulus dominii translativus præcedat, quem sequatur traditio; interim tamen ad formam acquirendi feudi non requiritur, cum sub conditione fidei promittatur & constituatur, sicq; constitutum & promissum per investituram acquiratur & cedatur feudum, licet ita communiter fieri non negemus investituræ actum, potissimum ubi jurato promittitur, ad formam tamen ipsius feudi ejusq; definitionem, non verò investituræ spectat, uti infra *th.* 22. Ut autem fidelitas promittatur insuper requirit *Struv.d.Disp.th.2.& 3.* ut in investituræ actu duo considerentur 1. contractus feudalis, 2. ipsa Traditio: Contractum feudalem dicit esse, quo Domino utile dominium promittenti & solenni actu assignanti, quis se obligat ad præstandam fidem. Verùm malè hæc duo ad unicum numero actum referuntur, illa quippe conventio, quæ præcedit, non est confundenda cum ipsa traditione, quā continet investitura, per conventiones fit præparatio acquisitionis, per traditionem ipsa acquisitio. Plane uti in transigendo præcedere solet conventio quædā, nec tamē ipsa transactio convētio est, sed talis actus, qui per conventionē perficitur *l.2. ff. de Transact. Bach. in not. ad Wesenb. lit. de Transact.* Illud saltem hic addimus notandum, quando Doctores investituram per contractum definiunt, non intelligere contractum, quo promittitur feudum, de

dum, de quo ſupra, ſed talem qui incidit inter promiſſum & acquiſitum feudum, promiſſionem ſequatur & traditionem præcedat, vid. *Ludvvel. cit. Synop. p. 165*. Cum autem nec hoc rectius fieri modo potuit, inde etiam anxii nec hic eſſe debemus cum *Struv. & Becer. dd. ll.* contractus nominatus an innominatus, bonæ fidei an ſtricti juris ſit, add. *Ludvvell. cit. loc. Hunn. de feud. c. 11. pag. 271. & ſeqq.*

X.

Inveſtitura in tertia acceptione ita dicta, dividitur 1. in novi & veteris feudi inveſtituram per textus *in 2. F. 3. in pr. & 32. & in c. extraord. 91.* Illa quæ & nova dicitur, eſt inveſtitura, qua Dominus vaſallo primum aliquod feudum cedit 2. F. 32. *verſ. novam*: Subdividunt *Vultej. d. c. 7. n. 7. & c. 9. n. 2. & ſeqq. Carpz. d. Diſp. th. 51. Niell. Diſp. Feud. 4. th. 1. t. 6. Schoner. lib. 1. Diſp. Feudal. 5. th. 98. & 193. & alii.* Inveſtituram hanc novam in verã & præſumptam: Veram dicunt, quando Dominus per ſe vel per alium vaſallo revera feudum cedit. Præſumptam quæ ex lapſu 30. annorum vel judicis ſententia reſultat. Verum, quod pace tantorum virorum dicam, minus commoda videtur hæc ſubdiſtinctio, cum ad præſcriptionem inveſtitura opus non ſit, per ſe enim ſatis capax eſt ad acquirendum feudum per ſupra dict in *th. 8.* ceu & Vultej. *d. c. 9. n. 16.* poſtea innuit, ut fictione hac uti non liceat, ceu & ipſa præſcriptio & inveſtitura tanquã ſpecies contrariæ acquirendi feudi ſibi opponuntur in *textu in 2. F. 26. §. ſi quis per 30. ann.* quod ſi enim præſumere liceret, factam eſſe inveſtituram, non præſcriptione ſed inveſtitura acquiſitum videretur feudum, quod contra *d.* §. ubi præſcriptioni ſoli hæc virtus attribuitur, ceu & jure communi dominium juſto titulo acquiſitum videtur habere, qui præſcriptioni tutus eſt per *t. t. C de præſcript. 30. vel 40. annor.* Quod judicis ſententiam attinet, multo minus ſpecies inveſtituræ novæ, quam præſumptam dixerunt, eſt, non enim illa præſumitur feudum acquiſitum, cum eâ nihil novi acquiratur, ſed tantùm quod eſt, declaretur *l. 8. §. 4. ff. ſi ſervit. vindic.* & potius inſerviat modis acquirendarum rerum *l. 3. in fin. ff. de public. in rem act. l. 17. ff de uſucap. l. 11. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. vid Magnif. Dn.* Schütz *Exerc. 24. th. 20.* Atque ut id obiter addamus, verum putamus, non minus in tribus judicis mixtis, quam aliis ſecus ac docet Rittersh. *in Comment. ad Inſtit. tit. de offic. jud. §. ut* Inveſtitura feudi veteris, quæ & renova-

& renovatio dicitur, est investitura, qua Dominus vasallo cedit possessionem feudi successione delati 2.F.32.*versf.ult. & tit 3. in pr* & licet renovatio hæc adeò necessaria sit, ut omissa, causam præbeat, ut vasallus feudo privari possit 2.F.55.§.*preterea si quis. Vultej. d. c.7.n.* 23. nihil tamen novi adfert, sed confirmat & redintegrat investituram novam, quæ primitus de feudo facta *d.Colleg. publ. de Statu Rei Rom.Vol.1.Disp.6.th.26.lit.r.* hincq; est, quod ab aliis renovatio hæc non verè sed abusivè investitura dicatur, per rationem ex lege; quod meum est amplius meum fieri non potest, post alios *Cephalus Consil.27.n.ult.lib. 1. Menoch.consil. 66. n.* 40. *lib.*1. ubi & investituram hanc investituram renovatam vocat: Differunt ergo investitura nova & vetus, quod illa feudum acquiratur, hac confirmetur, de quo plura infra. II. Dividitur investitura, quod alia sit vera, alia abusiva, seu ut alii, alia propria alia impropria ex 2. F. 2. Vera vel propria investitura, est investitura, qua vasallus in vacuam feudi possessionem realiter & corporaliter mittitur *d. t. junct. tit.* 33. *in pr.* ibi: *investitura propriè dicitur possessio* per Metonymiam scil. subjecti, cum subjectum traditionis ipsa scil. possessio pro adjuncto cessione scil. vel traditione ponitur, investitura enim ipsa possessio non est, sed cessio possessionis *Bocer. d. c.* 2. *n.*71. Q. autem hic, si in absentem possessionem quis ire à Domino jussus sit, an feudum inde acquisitum habeat per investituram & R. post *Duar.de Feud.c.7.n.*5. Ludvvel. *d tr.c.*8.*ex* 2. *F.*33. quod hæc jussio quidem revera investitura non sit, pro ea tamen habeatur & jus feudi per eam acquiratur, modo coram paribus curiæ dixerit, sicq; non obst. text. *in* 1. F. 25.*qui à Duar.d.l.*conciliatur, quod ibi non præsentibus paribus jubēte Domino possesionē feudi quis nactus sit E. nec feudū esse posset secus ac in 2. F.33. Abusiva seu impropria investitura est investitura, qua Dominus feudum absque corporali possesionis traditione vasallo solenniter, signis, repræsentantibus futuram possesionem, cedit *dd. tt.* Quam divisionem *Vultej.d.c.7.n.*10.*& seq. Niell. Disp.*4.*th.*3.*lit.*F. licet variis & probabilibus argumentis oppugnent, nititur tamen expresso textu, quem rationes convellere non audebunt, cum & illud novum & inauditum in jure non sit, ut ratione connexorum & respectu accidentium, si inde diversi effectus, diversæ etiam species constituantur *vid.Hunn. de Feud. c.* 11.*pag.* 306.*&*

seqq. Bocer. d. l. ibiq; responsiones ad contraria: Subdistinguit hanc abusivam investituram Bocerus *d.c.2. n.* 73. seu: ut verbis ejus utar; duo genera sunt hujus investituræ: Unum, quo possesio rei feudalis non propriè & verè, sed quasi & fictè vasallo traditur, ut cum Dominus adhibita investituræ solennitate jubet vasallum ire in possesionem rei feudalis, & illud pro feudo tenere, ex qua investitura non modo jus consequatur apprehendendi possesionem rei feudalis, sed & ipsum feudum ipsa apprehensione verè acquirat 2. F. 33. sicq; non obstare dicit text. *in* 2. F. 25. quia ibi loquatur de casu ubi desit solennitas investituræ, nec huic responsioni textus *in* 2. F. 33. *vers. licet*, cum investitura ibi non actum solennem, sed corporalem traditionem significet. Alterum genus ipsi est, quo vasallus quidem solenniter investitur, nulla tamen rei feudalis possessio propriè aut quasi in vasallū transmittitur, sed possesio isthæc vel apud Dominum adhuc manet, scil. de qua transferenda nihil actum fuit, ut in casu *tit.26.§ si facta.& 7.§.ult.lib.2.F.* vel manet apud vasallum possesio, de cujus feudo quis alius investitur, in casum, quo sine liberis vel feudi successore decessurus sit vasallus possessor 1.F.3.9.27.§ *si quis.& 2.F.26.§.moribus.* 35. *vers. ubi vero:* Additq; ibi ulterius *Bocer.* ex hac investitura oriri obligationem vasallo; qua convenire possit Dominum ad tradendam possessionem rei feudalis *dd. textibus* & ratione in *l.20.C.de pact.l.8.C.de action.empt.* Verum quid & de hac subdistinctione statuendum patet partim ex iis quæ ad dictos textus ex *Duaren. & Ludvvel.* modo diximus, tum quod ut modo probavimus, in omni abusiva investitura signa requirantur, quæ hic desunt, ceu ex ipsius allegato textu in 2.F.33. videre est, qui vult quod pro investitura vera haberi debeat, licet non sit, hæcq; ad primum genus: neque alterum sub abusiva nostra investitura comprehendi patet tum ex *d. t.* 33. qui vult quod per investituram feudum acquiratur cujus species, cum abusiva sit, & traditio impropria dicatur, nullo etiam textu feudali excepta, meritò effectum investituræ habebit, ut scil. possessio statim transferatur *d. t.* 33. qui generaliter loquitur: tum etiam resolutione ipsorum textuum à *Bocer* allegatorum, qui aut loquuntur de promissione tantum vel concessione conditionali. de qua infra ubi de expectativa seu concessione feudi conditionali *th.* 26. Vel de eo casu, ubi ex speciali ratione

tione vel pacto vel conditione feudum non statim cessum sit, & pœniteat Dominum, ut apprehendere vasallum vetet possessionem, vel tradere nolit, quod ex inspectione ipsorum textuum probatu facilè, cui accedit, quod diximus, abusivam investituram pro reali traditione haberi; III. Dividitur investituram simultaneam & non simultaneam: Simultanea investitura vulgò Sämbtliche Belehnung est investitura, qua Dominus plures solenniter de uno eodemq; feudo simul & communiter investit 1.F.1.§.2. *vers.quod & si cõmuniter.& 2.F.12 pr.ibi simul investiti fuerint.& 18.ibi simul investiti sint*, qui ergo talem investituram acceperunt, illis jus conjunctæ manus tributum dicitur, daß sie zu rechter gesambter Hand belehnet ein sämptliche Lehn außgebracht vnd erlangt haben / in sämptlicher Belehnung seyn / in gesambter Lehn sitzen / *Carpz. d.Disp.th.*47. *Bocer. d.tr. c.2.n.*87.*ubi hic Bocerus nempe num.praecedenti* 86. hanc simultaneam investituram subdistinguit in duas species: 1. quâ id nominatim agitur, ut simul investiti in feudum illud sibi mutuò succedant. 2. quo plures communiter de eodem feudo sine isthac conventione, de mutua in feudum successione, investiuntur, additq; ibi *Bocerus*: quod ex illa specie defuncto vasallo sine liberis superstes simul investitus vasallus succedat in feudum, Ex hac jure communi feudali alter alteri non succedat, sed feudum ad Dominum revertatur, probatq; id textibus supr. cit. eum quo facilè consentirem quoad subdistinctionem hanc, (ceu & *Ludwel. supr. cit. loc.* §.*praeterea ex Hartm. Pistor. lib.*2. *q.* 20. *n.* 4. memorat moribus nostris aliud genus simultaneæ investituræ die gesambte Hand vel die sämbtliche Belehnung / receptum quando duo quidem simul investiuntur de eodem feudo, sed ita ut unus tantum id habeat & possideat, ad alterum verò non aliter, quam altero sine heredibus ex corpore suo descendentibus defuncto, devolvatur) si è pactis diversæ species constitui possent, non enim hæ species ex essentia simultaneæ investituræ vel alia causa, sed à pactis 1. F. 1.§. 2. quæ plerunque tamen addi solent, vim suam habent, à pactis autem diversas species constituere absonum videtur, forent enim innumeræ, & sic à potestate paciscentium diversas species fingere, cæteris tamen paribus. (Quæ jure Saxonum singularia, circa hanc investituram, quorum quidem plurima recensent *Hieronym. Schurff. Consf.*4.*&* 16.*cent.*1.*Hartm. Pistor.*

*lib.2.Q.part.post.Q.*107.*Carpz.& Bocer.dd:ll.*) Cęterum non solum ipsi vasalli simul investiti, sed & eorum heredes descendentes succedunt in feudum, præferunturq; in feudo paterno aliis simul investitis vasallis 1.F.1.§.2.*in fin.*14.§ *ult. &* 2.F.12.*in pr. &* 18. & quidem juxta ejus naturam omnes simultaneè investiti æqualiter succedere possunt *Struv. Disp.* 9. *th. ult.* ceu & jure feudali communi in paternum feudum agnato suo sine filiis defuncto, succedunt agnati ex primo acquirente descendentes, etiamsi cum ipso agnato simultaneè investiti non sint 1 F.1.§.48.§.1.*&* 2. F.11. §.*hi verò*, quod tamen jure Saxonum fallit *Bocer. de n.* 89. & licet successionis ordo postulet, ut secundum gradus prærogativam succedant non modo jure communi *auth. defuncto. C. ad SCt. Trebell.* sed & feudali 2. F. 8. obtineat, jure tamen Saxonico iterum fallere, nisi cum clausula, Nach rechter Sipschafft/ facta sit investitura simultanea, docet *Carpz. d.l. Bocer d.c.n.*91. Q. a. an successio in capita an in stirpes fiat: Variè respondent Dd. Nos cum Bocero *d.c.n.*92. tres casus distinguimus. 1. Quo simul investiti de successione certent, & in capita succedere putamus, personaliter n. sine gradus distinctione nominati sunt, ergo & in capita succedent, *l.*24.*ad SCt. Trebell l.*54.§.*ult. l.*124 *ff. de legat.*1.*l.*56.*vers. quamvis ff. de Condit & Demonst. l.*8. §.*vers. Labeo autem. ff. de Statut l.*37.*pr. ff. de stipul. serv. &* § *communu j. eod.* 2. Quo cum uno atque altero ex simul investitis concurrant quorundam simultaneè investitorum vita defunctorum filii, & sic succesio in stirpes erit, filii enim fratrum cum patruis suis concurrunt jure repræsentationis *Nov* 118.*c.*3.§.*hujusmodi verò privilegium. junct.* §.*cum filius. l. de Hered. qua ab intest. def. Auth. in successione. C. de suis & legit.* v.1.F.8.*in pr.* 2.F.11. 3. Quo nullus simultaneè investitorum superstes est, sed eorum filii tantum, qui affectant succesionem, & sine dubio in stirpes succedent, jure enim repræsentationis portionem tantum patris sui capient. 2. F 50. *in fin. Nov.*118. *c.*1. si scil. cum possessore feudi filii ejus simul investiti sunt, secus si fratres *Bocer. d. l.* Quid investitura non simultanea ex antedictis facilè patescit.

XI.

Supra *th.* 5. diximus promitti feudum vel nudo pacto, vel mediante contractu, & constitui ultima voluntate, ex qua oriatur, obligatio qua promittens vel heres constituentis teneatur feudum ce-

dere per investituram, quæ est implementum contractus, nihilq; continet, quam complementum promissi vel constituti, ad quod omninò tenentur Domini rerum suarũ administrationem habentes, nihil enim tam naturale, quàm voluntatem Domini ratam habere, ut habet *l.* 14. *C. de contrah. empt.* & quidem vel per se vel per procuratorem 2 F. 3. §. *vers. sed utrum*, sic hodie in Aulis Principum plerunque per Cancellarium & Consiliarios *Wesenb. de Feud. c.* 8. *n.* 2. *Ludvvel. d. c.* 8. *in pr.* In Aula Imperatoris investitura Ducatuum & Principatuum peragitur per ipsum Imperatorem, Comitatuum verò per Consilium Imperiale Aulicum, durch den Reichs Hoffrath / post *Warenb. ab* Ehrenberg. *Ludvvel. d. l.* de quibus infra *thes.* 24. Et hodie quidem omnes, cujuscunque ordinis & sexus sint, investituram facere & accipere possunt 2. F. 3. habita tamen distinctione inter investituram feudi novi & veteris, per textum *ind.* 2. F. 3. in quo de utrâque sequens constituitur regula: Et quidem de feudi novi investitura, ita statuunt Feudista *d. c. Novi v. investitura, non ab alio fit, nisi ab eo, qui legitimè bonorum suorum administrationem habet.* De veteri ita: *Quæ de veteri fit etiam à minore fieri potest.* Secus ac olim, nemini feuda dare licitum erat, nisi cui id dignitas, nobilitas, aut antiqua consuetudo tribuebat 1. F. 1. ibique Dd; cui consentiebat jus Saxonum cum communi jam abrogatum, ceu tradit *Finckelth. Disp.* 5. *extr.* 13. Cum ergo investitura nova non fiat, nisi ab eo, qui liberam administrationem rerum suarum tanquam Dominus habet, tria consectaria constituemus quibus hanc doctrinam de personis investientibus absolvemus. Primum, quod novi feudi investitura fieri non possit per eum, qui quidem Dominus est rei, quæ in feudum datur, legitimam tamen ejus rei administrationem non habet: Secundùm. Quod investitura feudi novi fieri non possit per eum, qui quidem legitimam habet administrationem rei illius, de qua investitura fieri petitur, sed ejus Dominus non est. Tertium, quod investitura nova rectè fiat ab eo, qui rei, quæ in feudum datur Dominus est & legitimam ejus administrationem habet, de quibus in thesibus proximè seqq.

XII.

Et quidem Primò de iis, qui Domini quidem sunt rerum, sed administrationem earum non habent: Quales sunt omnes ii, qui-

bus vel ratione ætatis, vel morbi animi, aut corporis, vel potestatis cui subsunt, libera bonorum administratio adempta est. Et quidem illi qui ratione ætatis res suas administrare prohibentur, sunt 1. Pupilli, *l.17. §.1.ff de jurejur.* qui nec res suas administrandi *d.* §.1. nec se obligandi potestatem habent, *l. 41. de condict. indeb. pr. l. de author tut. l.35. ff. de recept. arbitr. junct. text. in 2.F 6. §. ult.* ubi Dominus se ad fidelitatem obligare tenetur, quod ex *dd. ll.* pupillus non potest; neque habet facultatem alienandæ possessionis. *l. 11. ff de Acquir. rer. domin.* Ergò nec facultatem concedendi possessionem feudalem, quæ per investituram transfertur: Non obst. *l. ult. pr junct. l 34. §. 2. ff. de jurejurand.* Et licet etiam authoritate tutorum & decreto Magistratus interveniente investituram facere velit, hæc tamen alienationem, quæ omninò prohibita *l. 22. C. de administrat. tut.* non legitimabunt, cum species sit donationis 2.F. 23. §. *ult.* 1. F. 27. *vers. feudum enim*, quæ semper prohibita, decreto etiam interveniente per textum expressum *in l fin. C. si major. alienat. sine decret. fact. rat. habuer. l. 1. § . 1. & 2. ff. de Tut. & ration. distrah. l. 12. C. de præd. min. l. 5. §. 9. & seqq. de reb. eor. qui sub. tut. vel cur. Carpz. Disp. Feud. 3. th. 18. Vult. 1. F. 3 n 6.* Quod si tamen pupillus absque vel etiam cum tutoris authoritate investituram fecerit, Q. an naturaliter tantum obligetur, ad eum effectum scil. ut fidejussor accedere possit, & postea eo nomine teneatur? cum ad naturalem obligationem accedere possit, non ad eum, quæ ipso jure nulla: Negativa communiter placuit *per §. 1. vers. at ne illud quidem I. de Fidejuss. l. 16. §. 3. ff. eod. l. ult. ff. de jurej. l. 117. de V. O. l. 124. §. 1. de R. I. l. 41. ff. de condict. indeb. l. 59. de O. & A.* cum sit actus ipso jure nullus, per *dd. ll.* & pauperior nō locupletior inde fiat investiens. Ad LL. obstantes variè respondetur, aliter à *Polognino ad Rub. ff. Si cert. pet. n. 23.* aliter *à Barone ad l. 13. §. fin. ff. de condict. indeb.* aliter *à Coras. lib. 6. Miscell. c. 22. & Anton. Fabr. lib. 8. conject. c. 5.* aliter *à Donell. ad d. l. 127. n. 11. & Wesenb. ad §. pupillus n. 2. I. de inut. stipul.* aliter *à Cujac. ad d. l. 127.* Affirmativa tamen non improbabiliter defendi poterit, pupillum nempe naturaliter obligari ratione tertii, qualis hic est fidejussor *l. 127. de V. O. l. 95. §. 4. ff. de solut.* cessat enim ratio favoris, qui est in ætate pupilli, cum fidejussor hic contra eum regressum non habeat, conditionem enim ejus scire poterat & debebat *l. 48. ff. de fidej. l. 19. de R. I.* sicq; putamus non incongruè conciliari posse leges apparenter sibi

-t sibi contrariantes. Quin verò veterem renovare possint pupil-li, nihil est quód prohibet per text. *in.2. F.3.* modo intellectum habeant, ut sciant quid agant, etiam sine tutoris authoritate. Vultej. *d.c.3.n.7.Diss.Ludvvel.d.tr.c.5 Hottom.d.Disp c.13.Duar.tr.feud. c 6.n.10. Sonsb.part. 6. n.19.* quibus tamen satis accuratè respondet *Vultej.d.l.* Interim non negamus consultiùs eos agere, si adhibeant tutorum authoritatem: Eadem ratione non prohibetur pupillus investituram novam facere, si feudum novum ab ipsius parente promissum sit, etiam sine decreto magistratus. *l.3. C.quand.decret.opus.l.1.§.1.l.5.§. 6.l.ult.ff de reb.eor.qui sub tut. vel cur. Bocer. d. tr.c.3. n.15.* Qui si tamen decipiatur remedio restitutionis ipsi consultum est. *l. 7. ff. de restit. minor. 25 ann.* Tales etiam qui ratione defectus ætatis legitimæ prohibentur investituram novam facere, sunt 2. Minores 25. annis d. *text. in 2. F.3.* quin verò veterem renovare possint non negamus exemplo pupilli: Per minorem autem hic non intelligimus minorem 14. annis, quia etiam minor alias dicitur in F.16. §. 4. *verf. si minori;* Sed omnem etiam majorem, minorem tamen 25. annis, qui rerum suarum administrationem non habet, *d.tit.*3. sive curatorem habeat *l.25.C.de administ tut l.40.ff.eod.l.3.C.de restit.in integ.* nec obst: *l.101. ff.de V.O.* ad quam aliter *Goedd.* aliter *Cujac.* aliter *Robertus* respondent, vid. *Bocer,d.c.3.n.17. & seqq.* sive non habeat, (jure enim civili Justinianæo invitus accipere non cogebatur præterquam ad litem §. *inviti 1.de curat.* Secus ac putat *Wissenbach Professor Iurium in Frisiorum Academia Franeckerana Preceptor olim meus honoratißimus in Disp ad ff.26. th.20.per l.1.ff. de Minor.* vid tamen *Magnif. Dn. Cancell.* Schütz *Exercit. 4.th.20.* Secus ac hodie de consuetudine & Constitutione Carolina R. I. de anno 1548. tit. von den Pupillen vnd Minderjährigen vnd Vormünder §. So wollen wir) per *d. tit.* 3. qui generaliter de omni non habente rerum suarum administrationem conceptus est, *junct.l.1.in fin ff.de Minor.25.ann.l.1.& t.t.C.de his qui ven.ætat.impetr.* ubi quidem minoribus rerum suarum administratio permittitur, si veniam impetrarint, non tamen rerum immobilium simpliciter *l. pen. d.t. Ludvvel. d.c.5. pag.117.* ut sic etiam talem consecuti de feudo novo investituram facere nequeant minores *d.l.pen.junct. text. in 2. F.3. add.Schneidvv.ad Inst.tit. de Curat. n.10.* quod eousq; extendit *Bocer.d. l,n.31,* ut licet minor juramentum interposuerit, non tamen impe-

diatus

diatur revocare feudum, cum juramentum sit contra prohibitionem legis. Ergo *l.5.in fin.C.de LL.l.7.§.generaliter. vers. nec jusjurand.ff. de pact.* & accessorium quoddam, quod principale convalidare nequeat, multo minus eximere aliquem à lege, cum sit interpositum super re lege fieri prohibita, 2.F 3.& ne in potestate cujusvis sit etiam privati, propria authoritate contravenire legibus mediante juramento contra *l.38.ff. de pact.* cum intersit reipublicæ, ne cives rebus suis abutantur: Contrarium tamen non improbabiliter defendunt alii, inter quos etiam est *Gail.2.Obs.41.n.12.per Auth. Sacramenta puberum.C si advers.vendit.d c.28.x.de jurejur.* Exceptiones vel limitationes ~~quoad mino~~rem post dd.Dd.recenset *Reusn.Disput.3.th.87.* 1. facere ipsum novam investituram non prohiberi si utilitas & necessitas Principis minoris requirat. 2. Si ei privilegio speciali à Principe concessum sit, quibus Ludvvel. *d.l.* addit licere & dum si juramentum interposuerit minor *per d. Auth. & 2.F. 53.* Vel si veniam ætatis impetrârit & accesserit decretum judicis per *d.l.pen.* non tamen absque decretō *d l.* Qui ratione morbi animi prohibentur sunt, furiosi mente capti *l.5.& l.24.§.1.ff.de R.I.* propter inopiam intellectus, cum nec consentire, nec ullum negocium contrahere possint *l.5.l.40.ff. de R. Iur.* quod si tamen dilucida intervalla habeant, investituram novam omninò facere poterunt argum. *l.6.C.de Cur.fur.§.1.l.quib.non est permiss.facere test.* item prodigi, qui nec finem nec modum expensarum habent *l.1.in pr.ff.de Curat fur.* & secundum Constantinum Imperatorem in *l. fin. §.2.C.de sentent.pass.& restit.* omnium libidinum & vitiorum servi dicuntur: Est enim ipsis interdicta administratio. *l.6.ff.de V.O.l.3.C.de restit.in integ.l.18.ff. qui test am.facere.poss.* Ergo & concessio feudi per investituram novam *d.tit.3.* Talis autem hodie pro legitimè prodigo habetur, cui à Magistratu bonis interdictum est, *l.1.in pr.vers.sed solent.l.10.ff.de Curator. furios.vid.Magnif.Dn.Cancell.* Schütz *Exercit.4.th.21.Ludvvell.d.c.5.p.118.* Dissentit post alios *Bocerus d.c.3.n.36.& seq.* argumentis non ita validis. Ratione morbi corporis de novo investituram facere non possunt muti & surdi, qui, quid agatur, non intelligunt, qui scil. conjunctim muti & surdi sunt, non qui disjunctim, hi enim rectè de novo investiunt, cum & rectè donent *l.33.§.2.de donat.* omnesq; contractus perficiant. *l.124.ff.de R.I.l.48.de Obl.& Act.* cum econtra

conjunctim

conjunctim mutus & surdus mortuo similis sit *l.29.C. de Testam.l.10. C.qui testam. facere poss.* Item ille qui signo aliquo mentem suam aperire potest non prohibetur *Vultej.d.c.3.n.78. Rosenth.d.tr. c. 3. concl.7. Schneidw. part.3.n.78. Sonsb part. 6.n.25. diss. Hottom. Disp.*Feud.13.*cui Ludwel.d.l.* respondet. De cœco non dubitatur, cum non oculorum sensus, sed mentis integritas spectetur, quâ cœcum etiam pollere patet ex *l.6,ff.de judic.* Denique ratione potestatis arcentur non tam servi, qui planè nihil proprii habent §. 3. *Inst.per quas pers. cuiq. acquir.*& obligari omnino nequeunt *l. 22. de R.I.* quam filiifamilias respectu adventii peculii (de profectio enim & castrensi supervacuum est quærere, cum illud tam ratione proprietatis, quam ususfructus solius patris sit *l. 6.C.de bon. qua lib.* §. *igitur liberi &* §. *sancimus Inst. per quas person. cuiq. acquir.* respectu verò castrensis prò patrefamilias habeatur, omnemque administrationem tanquam Dominus habeat, ut proinde de profectitio prohibeatur de novo investire, ast bene possit de Castrensi) alienandi enim id potestatem non habent, *l.ult.*§. *filius autem familiâs C.de bon. qua liber.junct.d.t.3.* Quod si tamen filiusf. plenum dominium habet, Q. an tum de isto peculio tanquam re sua novam investituram concedere possit. Negat *Bocer.d.c.3.n.46. & seq.* sed malè, argumentatur enim 1. à diversis, argumento desumpto à testamenti factione, quod filiusf. facere non potest *l.pen. C.Qui testam facere poss.* Verum facile respondetur, causam non esse eam, quasi ipsi adempta sit facultas disponendi de rebus inter vivos, sed patriam potestatem, non enim aliis quam patribusf. facultas testandi permissa *pr.I.quib.non est permiss.fac. test.l.*120. *de V.S. Bach. de Act.p.*144. at facultas disponendi inter vivos tam filiis quàm patribusf. regulariter permissa modo bona propria habeant super quibus disponant *l.21.C,mand.* Opp. 2. quod filiusf. bona illa alienare nequeat, sed ℞. negando, quia in peculio hoc plenum jus tam proprietatem quam ususfructum habet *l. 8. C. de bon. qua liber.* & liberum disponendi arbitrium *Nov. 117. c. 1.* quos textus frustra *Bocer.* de administratione sine alienatione refert, cum Dominus, qui rerum suarum administrationē liberam habet, etiā potestatem alienādi habere soleat *d.l. 21. C.mand.* Verior ergò est affirmativa *d.l. ult. §.2.vers.sin autem l. 7. C eod. junct. d.t.6. conf. Ludwel.d. l, Struv. Disp. Feud. 5.th.5. Carpz. d. Disp.3. th. 9.* Cæterum quin illi, quos hactenus

diximus prohiberi, de novo alterum investire, investituram veterem renovare vel ipsi vel ipsorum loco curatores possint, nec ratio nec lex obstat, sed potius fieri posse lege cautum est *d. l. 3. §. 1. vers. sed utrum.*

XIII.

Alterum consectarium erat de illis, qui ob id investiturã novam facere nõ possint, quod Domini non sint, licet legitimã illarũ rerũ administrationẽ habeãt, quæ in feudum dari petuntur. Quales sunt 1. Procuratores rerum alienarum, sive habeant mandatum cum vel sine libera, sive quod idem administratio ipsis simpliciter. *l. 12. ff. de pact. l. 63. de procurat.* sive cum libera concessa sit. *l. 58. ff. eod. C. qui ad agendum in fin. de procurat. in 6to.* Non enim desinit administratio esse, licet libera sit, sed pugnat semper cum donatione *l. 7. de donat.* & procuratores, non ut alienent, sed ut administrent, constituti sunt. *l. 1. §. 1. ff. de Offic. Procur. Caes. l. 63. ff. de procur.* Ergo nec investituram novam concedent, quæ species alienationis, *argum. l. ult. C. de reb. alien. non alienand. 2. F. 23. §. ult.* ibi: *usufructus verò illius*, sic enim excederent terminos mandati, quod contra leges 5. 41. 46. *ff. mand. l. 11. & 12. C. eod.* si nempe procurator ex mera liberalitate de novo investire velit, non si administratio rerum id requirat, eo enim casu procurator cum libera potestatem etiam habet alienandi, *l. 9. §. 4. ff. de Acquir. rer. dom.* permutandi. *l. 50. ff. de procur.* & sic etiam venditione & permutatione de novo investiendi *vid. Cujac. in not. ad Instit. tit. de Rer. divis. §. nihil autem. vers. qua ratione, in verb. si cum libera*, non tamen simpliciter, cum nec simpliciter donandi ipsi facultas relicta, *l. 28. §. ult ff. de pact. d l. 7.* De eo, qui speciale habet mandatum, dubium non est, ut potius insubtiliter quæratur, an de novo investire possit, cum non tam hic, quam Dominus per ipsum agere videatur *d. l. 3. §. sed utrum ipse, junct. l. procurator. 63 ff. de procurat.* 2. Tutores & curatores, habeant licet hi rerum pupillarium administrationem *tot. tit. ff. ad C. de administ. Tut.* & legitimã potestatem alienandi in tantum, ut res alienata repeti nequeat *l. 12. §. 1. ff. eod.* sint etiã loco Domini ceu habetur *in l. 27. ff. eod. l. 7. §. 3. pro empt.* & videatur licet melior conditio pupilli vel minoris, acquirendo scilicet vasallum, qui fidelitate & servitiis, quibus Domino obstrictus 2. F. 5, 6. 7. plus præ-

stare

ſtare poſſit, quam uſusfructus rei proprietatis valeat, quam retinet pupillus, 2. F. 23. Attamen eum veri Domini non ſint, nonque ut donent & ſpolient, ſed adminiſtrent, conſtituti. *l.16. C. de adminiſt. tut.l.22.l.46.§.ult.ff.eod.l.3.§.4.& §.nec uſusfructus.ff. de reb.eorum qui ſub tut.vel cur.* ibi: *uſusfructus nec alienari poſſit.* de novo inveſtire non poterunt per text. *in 2.F.23.§.ult.junct.tit.3.lib.2.F.*quod eouſque extendimus, ut licet decretum Magiſtratus cum cauſæ cognitione intervenerit, excepto tamen caſu neceſſitatis, de quo th. præced. *add. l. 12.C.de præd.minor.l.5.§.9.& ſeq.ff.de reb.eor.qui ſub tut.vel cur.*ubi de diſtractione prædiorum ad diſſolutionem debitorum pupillorum vel minorum. Quin verò veterem renovare poſſint non ambigendum per ſupra dicta *th.*12. 3. Prælati Eccleſiarum, ArchiEpiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Abbatiſſæ, Præpoſiti &c. qui licet ad. miniſtratores rerum Eccleſiaſticarum ſint legitimi, non tamen ſunt eorum Domini *c.2.x.de donat. c.ut ſupra x.de reb.Eccleſ.alien.vel non.* Ergo nec inveſtituram novam regulariter facient *d. tit.* 3. cum omnis donatio vel alienatio ipſis jure interdicta ſit *tot.tit.x.de reb. Eccleſ. alien vel non.* niſi ſcil. ſuadente id neceſſitate vel utilitate Eccleſiæ, vel prædia ſint infeudari ſolita, de quibus infra *th.* 20.add. tamen *Ludvvel.d.tr.c.5 p.121.& ſeqq.* 4. Imperator Romanus per ſæpe *cit.text. in 2.F.3.junct. 2.F.23.§.ult.* & rationem quam poſuimus in alienatione & donatione ipſi denegata, cum ejus officium ſit augere Imperium non minare, *Nov.11.in pr.Nov.30.in pr.Nov.116.*hincq; eſt quod audiatur, Allzeit Mehrer deß Reichs/ quæ qualitas per alienationem uſusfructus amitteretur, quæ illicita eſt *per c.intellecto x. de jure j.* Et tamen non quævis alienatio illi prohibita; ſed qua Imperium verè minuitur, cum vero hujus jus non minuatur per infeudationem rerum, quippe quod infeudati non deſinant vivere ſub juriſdictione illa univerſali Imperatoris magis eſt, ſi de jure communi ſermo, eum inveſtire quem poſſe noviter, tum per textum expreſſum *in 1. F.1. §. 2. add. Ludvvel. d. c. pag.* 129. *& ſeqq.* tum quod de jure naturali & gentium liceat Principi quovis modo rebus Imperii cōſulere tanquam Domino, ceu docet *Arniſ.de jur. Majeſt.lib. 2. c.1. n.5.* de jure civili nuncupetur Dominus *l.9.ff.ad L.Rhod.de jact.* nec denegetur ipſi inveſtitura nova *in A.B.c 7.*faciat & ipſa Majeſtas, quæ eſt ſum̃a & perpetua, legibusq; ſoluta poteſtas, cōpetens in res & perſo-

 nas di-

nas ditionis suæ *d.Coll.Publ.de Stat. Rei Rom.V.1. Disp.3.th.9.lit.B.* ut de eo minus dubitare liceat, usq; dum hodieper capitulationes, ceu conventiones cum Statibus initas à tempore Caroli V. ad nostra usque tempora Imperatoribus omnis alienatio & infeudatio limitata vid. *Arum.ad ff.13.Disp.4.Quæst.16.d.Coll.Publ.V.1.Disp.4.th.18. lit. B.* quibus juramento confirmatis promittit, quod si feuda imperio aperiantur, non reinfeudare velit, sed coronæ reservare, ad vires Imperii debilitatas reficiendas, exceptis Electoratibus, quibus investiendis potestas ipsi denegata non est, ne scil. numerus Electorum minuatur malo Imperii *d.Colleg.publ.V.1.Disp.7.th.17.lit.B.* An a. Electoratum apertum Imperator cum consensu Electorum cæterorum, an absque eo reinfeudare possit: Q. *vid. Colloq.publ.d. l.lit.E. Reink.de Regim.Secul. & Eccles.lib.1.cl.2.c.2.* Hoc certum, peculiare esse in Rege Bohemiæ, super ejus electione in casu vacationis per Regnicolas, qui jus habent eligendi Regem Bohemiæ, faciendi juxta continentiam eorum privilegiorum & observatam consuetudinem diurnam à Divis Romanis Imperatoribus, in Regibus obtentorum, quibus ex sanctione Imperiali non præjudicare volunt, verba sunt *A.Bullæ c.7.in fin.* Est tamen & hoc certum Regem Bohemiæ hanc dignitatem vigore regni obtinere per text. expressum in *A.B.c.7.§.1.* quod Imperii Rom. Germanici feudum, unde nec ullus pro Rege hodie habetur, nisi prius ab Imperatore sive indultum acceperit, sive investituram, qua de re extat Frideri II. Imperatoris Constitutio de anno 1212. in qua ita sancitur: Volentes ut quicunque ab ipsis in Regem electus fuerit, ad Nos vel Successores nostros accedat, Regalia debito modo accepturus. Quæ Constitutio confirmata à Carolo IV. anno 1348. vid. Goldast. part. 2. der Reichssatzungen *pag.39.* Unde & Matthias Rex Hungariæ & Bohemiæ electus, in requisitione investituræ ad Rudolphum II. Imperatorem anno 1611. inter alia ita loquitur: Dargegen bin ich erbötig gewöhnliche Gelübte vnd Ayde zu prestiren, Ewer Kays. Maj. vnd dem H. Römischen Reich vmb solche Verleyhung getrew / gehorsam / gewertig zu seyn / Ewer Kayserliche Maj. vor meinen rechten Lehnherrn zu halten / vnd alles zu thun / was einem Ertzschencken vnd Churfürsten des Reichs von Rechts vnd aller Gewonheit wegen zu thun gebühret; imò non tantum feudum Imperii est, sed & juris-

dictioni

dictioni ejus subjectum, uti haud obscurè probatur ex *A.B.c.8.* ubi immunitates & privilegia certa Regi Bohemiæ conceduntur, privilegiorum autem concessio ejus qui concedit superioritatem, & ejus cui conceduntur subjectionem regulariter arguit. Ita de hac materia *Nobiliss. Dn.D.* Schütz *sæpè laudatus in prælect. Iur. publ. lib.1.tit.4: posit.7.* add. *Reink. lib.1. Cl.4.c.3. Carpz. ad L.Reg.c.5. Sect.8. & 9. Beckers lib.3. I.P.c.7. Arum. ad A.B. discurs.4.th.ult.*

XIV.

Visis duobus consectariis prioribus, qui scil. novã investituram facere non possint, sequitur Tertium, quod erat, quod omnes illi, qui & Domini sunt & rerum suarum administrationem legitimam habent, de novo investire possint, ut est in sæpe allegato textu *2.F.3. in pr. vers. novi autem. Vultej. d.c.3.n.3.* Conferunt ergò rectè feuda illi, qui alienandi potestatem habent, Domini scil. rerum ad singulos spectantium, & etiam certa ratione ii, qui præsunt bonis Imperii, Ecclesiæ & aliis universitatibus. Et quidem Domini rerum singularium, sive masculi sive fœminæ, sive Clerici sive Laici, sive in dignitate cõstituti sive plebeji de rebus suis alterũ de novo investire poterunt per *d.tit.3. in pr. & §.1. vers. fœminã;* qui cum generaliter loquitur, generaliter intelligendus. *Vultej. d.c.3.n 9. Struv. Diss. Feud.5.th.3.* An autem fœminæ jure Saxonum consensum mariti, vel hoc deficiente alterius curatoris adhibere teneantur? vid. Schultz *in Synops. feud.c.4.n.25. Schneidw. Epit. feud. part.3 n.74.* Et quin Clerici, inter quos primus est Papa, de bonis suis propriis novam investituram rectè faciant, dubio omni carere facit textus *in 2. F.38. jung. Schrad. de Feud. p.4.c.2.* (imo in tantam impudentiam & arrogantiam prorumpunt Pontificii, ut & Imperium ipsum Romanum à Papa dependere audacter in mundum scribant, cujus refutationem unquaque apud Scriptores seu Doctores Juris publici videre licet) exceptis monachis, qui aliâs etiam Clericorum nomine insigniuntur *in 2. F.26. § qui Clericus,* hi enim ingressi monasterium omnia sua huic & Deo se dedicare gloriantur, omniaq; quæ acquirunt, monasterio cedunt. *auth. ingress. C. de SS. Eccles Nov.5.c.5. Vultej. d.c.n.12. Gudel. de jur. Noviss. lib.6.c.10. Rosenth d.tr.c.3. concl.4. n.2.* Minus dubii est de maribus secularibus *Vultej. d c.3.n.9. & 13.* De rustico saltem & alio homine ignobili controversiam movent, & in negativam procedunt

cedunt *Duaren.in consuet.feud.c.6.n.9. Fachin.lib.7.contr.c.74. Curt.jun. in Tr.feud.part.2.Q.4.n.12.* qui juri consonam hanc negativam dicit, *Paulus à montepico in tit.de hìs,qui feud.darepoß.pr.n.34.* Nos cũ *Sons.Borcholt.d.tr.c.5.n.41. Schrad. d. tr.part.4.c.1.n.57. Rosentt.d.tr.c.3.concl.1. Struv. Disp.4.th.3.Zas.part.2.n.31. Bocer.d.c.3.n.113.* affirmativam veriorem putamus & communiorem, pro qua quia ſtat veritatis præſumptio, ab ea non facilè deflectendum, probatur autem 1. per generalitatem textus *in 2.F.3pr.* 2. *per 2.F.10.§.cæteri*, ubi Valvaſor minimus, qui etiam plebejus eſt, de feudo, quod à Valvaſore majore habet, alium ſubinveſtire poteſt 2.F.34.§.*ſimiliter.* 3. argumento *l.21, C.mand.l.25.§.conſuluit ff.de petit. hered.l.9. C. de Iudæis.l.14. C de contrah.empt.* quibus ll. cuique rerum ſuarum adminiſtratio ac arbitrium relinquitur, quod quia nullibi lege contraria prohibitum,obtinet *l.27.C.de Teſtam.* 4. per 2 F.34.§.1. *v.cum curia.* 5. quia forma rei & differentia ſpecifica ei competunt, ergo & res formata ſeu ſpecies, conſiſtit autem illa in fide, quam ruſticus æque ac Nobilis præſtare poteſt, ſicq; non obſtant quæ à diſſentientibus proferuntur,ad quæ reſpondent *Bocer. & Struv. dd. ll. Ludvvel. d.c.5. pag.* 155. Hoc interim facilè largimur, initia feudorum ita ſe habuiſſe, ut Imperator & Rex quibuſdam feuda conceſſerint & hi rurſus ſuis clientulis vid. *Struv. Exercit.* 1. & quod pleraq; feuda etiamnum à potentioribus & dignioribus Dominis recognoſci ſoleant, exinde tamen, plebejis in totum facultatem inveſtiendi denegare abſurdum foret & contra textum feudalem & *cit. ll.* quæ ſicuti cuilibet rerum ſuarum adminiſtrationem & alienationem, ita & poteſtatem inveſtiendi de feudo novo alterum, permittunt, reſervato ſibi dominio directo.& poſt ſtatim conſecuta ſibi jurisdictione feudali ſecundum tradita dd. Dd. non obſt. *l.3.C.de Iuriſd.* Cum autem inveſtiendi poteſtatem ruſticis competere ſit in propatulo, municipiis etiam illam competere certum. Regula namq; eſt, omnia quæ poteſt privatus, multò magis poſſe municipium. Fit tamen illa conceſſio ſalvo jure Domini territorialis vid. *Zahn. de jur.municip. c.69.* An autem maritus de bonis dotalibus aliquem de novo inveſtire poſſit Q? quod videtur exinde affirmari poſſe, cum & Dominus & adminiſtrator earum rerum paſſim in jure audiatur *l.9.§.1.in fin.l.75. §.huju ff.l.2.& 3.C. de jur. dot.* & alibi. Verior tamen eſt Negativa,



gativa, cum omnis alienatio etiam consentiente muliere interdicta sit ipsi *l.un.* §.15. *C. de rei uxor. act.* per alienationẽ autem omnis actus intelligitur, quo dominium transfertur *l.1. C. de fund. dotal.* quale hic utile etiam est, & quo jus rei aliquod imponitur *l.5. ff. eod.* Bona etiam ob id ei concessa sint, ut onera matrimonii sustineat, ergo nec de novo investire poterit *dd. textibus.* Cui accedit & illud, quod mulier sic impediatur in agendo ad repetendas res dotales soluto matrimonio vel etiam marito ad inopiam vergente, quam tum habet mulier *l.24. pr. ff. solut. matr. l.75. ff. de jur. dot. d. l. un.* §. *& hoc. C. de rei uxor. act.* & alibi passim: Add. quæ *Magnif. Dn. Cancell.* Schüz *mihi atatem filialiter suspiciendus habet in Exercit.* 8. *Coroll.* 1. ubi dominium absolutum marito denegatum docet, & quæ *Bocer. d. c.3. n.116. & seqq.*

XV.

Faciunt & certa ratione ii novam investiturã, qui bonis Imperii Ecclesiæ, aliisq; Universitatibus præsunt: Inter eos qui Imperii bonis præsunt, Primus est Imperator vel Rex Romanorum, qui quin de bonis propriis aliquem investire possint, nemo sanus ambiget, 2. *F.32. in pr.* quicquid enim aliis licet, multò magis Imperatori vel Regi permissum *l.3. in fin. ff. de Offic. prat.* nec dubitatur de renovatione vel investitura veteris feudi Imperii vid. *Capitulatio Ferdinandi II. & III. art.29. & 39 A.B. tit.5.* (quam & Vicarii Imperii tempore interregni facere posse docemur ex *A.B. c.5.* cum & alias omnia possint quæ Imperator exceptis 1. Collatione feudorũ Regalium, *d. t.5.* 2. alienandi potestate *d. t.5.* hincq; est ut alii ipsis Majestatem tribuere audeant. Cum autem omnia etiam renovatio dictorum feudorum à Cæsare ratihaberi debeant *Besold. Thes. pract. voce* Vicarien autumat, nihil à Vicariis petere consultius; Quod de investitura feudorum eorum scil. quæ à Vicariis conferri possunt facilè largiri possumus, quippe quod illa renovari, atque de novo juramenta præstari debeant coram Imperatore recens electo juxta *A. B. tit.* 5. unde quidẽ nisi temporis ratio urgeat, à Vicariis neminem illam petere debere monet *Carpz. ad L. Reg. c.* 11. *sect.* 15. eoq; inclinat *Arum. discurs.* 3. *th.* 37. De aliis tamen facilè admittendum non est, cum ratihabitio generalis sufficiat, quæ cuiq; Vicariorum à Cæsare recens electo dari solet, prout videre est ex Confirmatione Caroli V. quæ extat apud *Goldast. part.* 1. der Reichsatzung *pag.* 242.)

An au-

An autem de reliquis Imperii bonis Imperator idem possit. Q? Et sine consensu Statuum hodie negativa verior per ea quæ *th.* 13. diximus, quod si consensus Statuum accesserit, dubio caret, quin de Regalibus (non tamen juribus Majestatis qua Majestatis, quæ solus retinet *argum l.* 24. *ff. de Captiv. & postlim. reverf. l. pr.* 1. *de Constit. Princip.* quorum tamen quædam aliis concedit cumulativè non privativè & ut personalia, ut sunt jus legitimandi spurios, creandi tabelliones, restituendæ famæ, creandi Doctores, Magistros &c. *Bocer. d.* *c.* 3. *n.* 98. quæ tamen regalia recipientes, si privati sunt, non habent ut regalia, sed tanquam usum & emolumentum eorum) *c. super quibusdam. § praterea x. de V. S. l.* 3. *C. nov. vectig. instit. non poss. l.* 10. *pr. ff. de publican.* Ducatu, Marchionatu, Comitatu &c. de novo investire possit, vid. *Coll. publ. de Stat. Rei Rom. d. l.* plura de his infra ubi de rebus: Cæterum numerantur & inter eos, qui Imperio præsunt, licet non toti attamen parti, cum ratione illius subsint, Duces, Marchiones, Comites &c. qui de novo investire possunt, 1. F. 1. 2. F. 3. §. *novi. Vultej. d. c.* 3. *n.* 13. *§. d. in Laicis. Goth. Anton. Disp.* 2. *th.* 4. Postquam enim his territoria & provinciæ, quibus præsunt, in feuda concessa sunt *vid. Struv. Exercit.* 1. *th.* 4. illi rursus quædam prædia in feuda dedere, & si adhuc quædam hodie aperiuntur, liberè ea aliis conferunt, sicq; major videtur horum in suis provinciis, quàm Imperatoris in Imperio potestas. Inter eos, qui bonis Ecclesiæ præsunt, & in iis de novo investituram concedere possunt, primus est Papa (de cujus origine vid. *Coras.* 5. *Miscell.* 15. *& Borcholt. de Feud. c.* 3. *n.* 3.) non tantum suæ Ecclesiæ, & sedis Apostolicæ, sed omnium omninò Ecclesiarum bona alteri in feudum concedere potest *argum. c.* 2. *vers. prater hac de sent. & re judic. in* 6. quoniam concurrit cum omnibus Prælatis in potestate & jurisdictione *c.* 10. 13. 17. *Caus.* 9. *q.* 3. & tanquam Dominus omnium Ecclesiarum in Ecclesiasticis plenariam dispositionem habet *c.* 2. *de prabend. in* 6. *Clem.* 1. *in fin. ut lit. pend. nihil innov.* Et hodie de eo dubium superesse experientia refutat, sicq; non magis quid fieri debeat, sed quid Romæ fiat respiciendum *Vultej. d. c.* 3. *n.* 10. *§. Et Ecclesiast. Carpz. Disp.* 3. *th.* 12. *Struv. d. Disp. th.* 8. *Anton. Disp.* 2. *th.* 3. *lit. a.* Add. Concordata Principum Germaniæ, cum Nicolao V. concordante Friderico III. Imperatore quæ (post concordata in lingua latina & declarationem Gregorii XIII.) in lingva Germanica extant

ea extant apud *Goldast. Constit. Imperial. pag.* 211. diciturq; *c.1.n.ult.* ita: Alle diese erzehlte Lehen / so damahls ledig oder in Zukunfft verledigt würden / behält jhn der Papst zuverordnen / zuvergleichen / vnd zu versehen aus Päbstlicher Gewalt / vnd seiner Brüder der Cardinäl Bewilligung: De jure disputatur, quo scil. hac potestate gaudeat, alii jure divino, alii humano, & hoc vel in præscriptione vel in donatione Constantini Magni ponunt, sed inepte ut uberrimè demonstrârunt *Magnif. Dn. Reinck. de R.S. & E.lib.1.Cl.2.c.6. Lymn de Iur. publ.lib.1.c.9.n.36. Hornbeck. in Excomm. Bull. Innocentii X. pag. 9. & seqq.* Hoc certum est, olim Papam feuda nulla, nec illa, quæ specialiter Papalia dicuntur, ut sunt ArchiEpiscopatus, Episcopatus, Abbatiæ concedere potuisse, sed & Pontificatum ipsum ab Imperatoribus concessum esse *c.22.c.25.dist.63.c.hinc.16.Q.1.2.F.40.vers.item si Clericus*, postea v. ambitione Pontificũ sua feuda, suosq; vasallos esse propugnârunt *c.si quis deinceps 16.Q.7.* Et cum Papa cum omni prælatura concurrere dicatur, ut supra hic, Q. An si Prælatus inferior de prædio suæ diœcoeseos aliquem investierit, postea Papa alium de eadem re investiat, prior an posterior præferendus? Pro priori judicandum puto, propter jus illi jam acquisitum *l.11.ff.de R.I. & arg. c.31.de preb.in 6. lis C.de Rei Vind.* Q. ulterius an Papa Cardinalium consensum adhibere teneatur in concedenda investitura rerum Ecclesiasticarum? Quod affirmandum videtur ex supra allegatis concordatis ibi: Seiner Brüder der Cardinäl Bewilligung / quos tamen hodie consilii solum loco adhiberi, probant alii *argum. c.nemo judicabit.9.Q.3.c.4.x.de conceß.prat. Vultejus & Goth. Antoni dd.ll.* restringunt ad res magni momẽti necessitatẽ consensus, sed absq; lege distinguẽte. In peculiaris Ecclesiæ bonis ArchiEpiscopi, Episcopi, Abbates, & alii Prælati investituram novam rectè faciunt, etiam sine consensu Pontificis *c.2.x.de Feud. & c.ut super.x.de reb.Eccles.alien.vel non.* & Capituli *1.F.26.§.& in clericorum.* modo utile sit Ecclesiæ feudum *d.c.2.* & res sint infeudari solidæ *1.F.1.& 6.* ubi tamen hic non absurdi sunt illi, qui dicunt, novam ratione rei, de qua hactenus, infeudationem non esse, sed continuationem veteris, licet quoad recipientem nova investitura rectè dicatur, vid. *Curt.Iun. d.tr.part.2. Q.1.n.7. Q.2.n.6. &* 8. Et concessio non spectet ad Prælatum & Capitulum simul, tum enim etiam utriusque consensus simul requiritur. Quæ

autem dicantur res infeudari solitæ, & quæ alia hic notanda essent, vid. *inf. th.* 20. Quod si tamen justa causa Ecclesiæ, necessitas scil. & utilitas requirat, argum. illius quod salus populi suprema lex sit, cum *Struv. d. Disp. th.* 9. *& Vultej. d. c.* 3. *n.* 11. statuimus cum causæ cognitione & consensu capituli res infeudari non solitas noviter investiri posse, licet alii contradicant; De eo tamen communiter inter Feudistas convenit, Prælatum posse rem infeudari solitam, non tantum extraneo, sed & consanguineo de novo per investituram cedere in feudum, modo sine dolo & fraude fiat *Vultej. d. l. n.* 11. § *neq; dubium, Bocer. d. c.* 3. *n.* 66. *Zas. part.* 5. *n.* 51. Nunquam tamen fœminæ, si masculis dari consvevit 2. F. 34. § *similiter. Curt. Jun. d. part.* 2. *Q.* 6. *n.* 1. neq; universitati, si privato dari solita, illa enim nunquam moritura videtur, sicq; spes omnis ad recipiendum feudum amissa *l.* 56. *ff. de usufruct. l.* 8 *ff. de usu & usufr. legat.* In bonis universitatis vel civitatis publicis, civitas vel ii penes quos est civitatis gubernatio, causa cognita & decreto interveniente investituram novam concedere possunt. *argum. l. ult. C. de vendit. rer. civit. lib.* 11. *post Nicol. Losæum tr. de jur. univers. part.* 3. *c.* 5. *Mævium ad jus Lubec. part.* 2. *tit.* 3. *Rubr. n.* 28. *Struvius d. Disp. th.* 11. Obiter hic addimus, quod sicut quisque Dominus, qui liberam rerum suarum administrationem habet, de propriis suis bonis alium investire potest, ita & vasallo jure permissum est, de suo feudo, quod ab alio possidet Domino, aut etiam de parte feudi sui, subinvestire alium 2. F. 3. § *sed etiam res. vers. per feudum tamen. tit.* 9. *in pr. vers. si verò vel totum tit.* 26. § *beneficium. &* 34. § *similiter*, modò sincerè, sine fraude & requisitis legitimè adhibitis, de quibus plura addere studio supersedeo, cum materiam hanc subinfeudationis exquisitissimè tractatam nuper *Perillustris atq; Generosissimus Comes de Kirchberg, Dominus in Farenroda, Dominus meus Gratiosissimus, moderante Viro Nobiliss. Ampliss. atque Consultissimo Dn. D.* Schützen *Consiliario Hassa Darmstatino & Professore jurium ordinario, Patrono atq; Præceptore meo æternum venerando, omnium cum admiratione hic publicè ex cathedra JCtorum defendit, quæ videri potest.*

XVI.

Quoad investituram recipientes aliter olim aliter nunc observatur: Olim enim & prima maximè origine feudum nemo acquirere poterat, nisi esset militiæ capax *Reusn. Disp.* 3. *th.* 92. cui consentit

sentit jus Saxonicum antiquum, quo nemo acquirebat feudum, nisi nobilibus parentibus natus Lehnrecht *c.2. in pr. & c.23. in pr.* ubi simul excludebantur fœminæ *Carpz. d. Disp. 3. th. 17.* & plebeji. Milites enim apud Longobardos alii non erant, quam nobiles, unde hodie adhuc ordo equestris die Ritterschafft dicuntur, *Besold. lib. 1. polit. c. 11. & in disc. de ord. equest. n. 3. & seq.* Ordn. des Regiments zu Augsp: de an. 1500. tit. wie 10. Personen: *in fin. vers.* die andere 6. Personen: Nec investiebátur de novo clerici, per ea quæ *Vultej. d. lib. 1. c. 4. n. 1. §. & sane,* tradit, quoniam contemplatione militiæ constituebantur feuda, quam subire non poterant Clerici, militant cum Deo: Quod & jure Saxonum obtinisse docet *Reusn. d. disp. th. 95. ex c. 2. pr.* des Sächsischen Lehnrechts / ibi: Pfaffen sollen Lehnrechts darben / & inprimis Jurisdictio ipsis denegatur, in qua aliâs etiam feudum concedi solet, ceu infra hic: Lehnrecht *c. 61. in pr.* ibi: Es mag kein Pfaff gericht zulehn haben: Excipiebantur tamen ii, qui superiore in ordine erant, ut Episcopi, Abbates canonicè electi, qui una cum ista electione feuda Ecclesiæ simul acquirebant concessa *Reusn. d. th.* ubi subjicit, recessum esse successu temporis ab hac regula in novis feudis favore quidem religionis, sed nimia potius superstitione & Pontificum eorundemq; assecfarum & sabellitum mediante astutia & tyrannide: ut sic hodie alia construenda sit regula *ex 2. F. 3. §. 1. vers. personam.* ibi: *personam investituram accipientis non distinguimus, nam & servus investiri poterit, nisi ignorantia prætendatur*: Quæ regula cum generalis sit, ut includat omnes, qui non prohibentur expressè, hodie omnes non habita distinctione sexus, ætatis, conditionis aut qualitatis de feudo novo investiri possunt *vid. Dn. Vultej. c. 4. lib. 1. F. n. 4. wesenb. c. 5. n. 1. 2. F. 26.* Feudum igitur hodie rectè accipiunt fœminæ *1. F. 8. §. filia. 2. F. 30. & 50. Vultej. d. c. 4. n. 4. Carpz. d. l. Reusn. d. Disp. th. 93. Struv. d. Disp. th. 12. Ludwel. d. tr. c. 6. pag.* 140. cujus exemplum habemus in Henrico VIII, qui in Comitiis Spirensibus anno 1310. Elisabethæ filiæ Regis Bohemiæ, regnum per investituram concessit, adjuncto tamen ei filio Johanne, quæ alias regulariter feudorum capaces non sunt per rationes à *Vultej. d. c. 4. n. 2. & 3.* ex aliis relatas: his consequens est & Hermaphroditum feuda accipere posse sive masculinus sive fœmineus sexus prævaleat, licet alias in aliis distinctio obtineat *l. 10. ff. de stat. homin.* Ratione ætatis omnes

accipiunt feuda sive majores sive minores 2.F.26.§.*si minori*, infantes quidem per tutorem *argum.l.22.§.infans ff. de acquir. vel amitt.poss.* vel per patrem, *l.18.pr.C.de jur.deliber.vid.Ludwel.c. 6.n.*144. ubi ad contraria respondet. Impuberes verò & puberes sive minores 25. annis tam soli quàm adhibita tutoris aut curatoris auctoritate ac consensu, cum conditionem suam meliorem etiam absque tutoris vel curatoris interventu, facere possint *pr.I.de auth. tut. Zas. d. part.5. n.66.Borch.c.5.n.46.Schneidw p.3.n.*101.*Bocer.d.tr.c.3.n.*137. juramenti præstatione reservata in majorem ætatem si velint 2.F.26.§.*minori.* diss. *Sonsb.* quoad minorem, quoad impuberem concedens, sed refutatur *à Ludwel. d.c.6.p.*142. Diss. *Hunn.* quoad pupillum *tr.de Feud.c.8.p.*139. cui consentire videtur *Ludwel.d.l.* Ratione conditionis non impediuntur feuda accipere, sive sui juris sint, sive alieno juri subjecti, & quidem quod servi feuda acquirere possint disertè probatur per textum *in d. vers. personam*, ubi tamen distinguendum an ignoranter an scienter ipsi feudum concesserit, si ignoranter investitura nullius momenti est, per verba *in d.vers.personam nisi ignorantia prætendatur.* Si scienter proprium servum investierit dominus, tenet illa, & servus simul libertatem tacitè accepisse præsumitur *argum.§.sed & servus.I.qui testam.tut.dar.poss. & pr.I. de hered.Instit.* aliter enim nec testis nec judex erit *l.12.§.2.ff.de judic.* qualis in controversiis feudalibus esse tenetur per infra dicenda. Si alienum & personam servi respexerit Dominus investiens, nihil agit §.3. *vers. ipse enim I. per quas pers.cuiq. acquir.l.*10.§.1 *vers.ipse ff de Acquir.rer.domin.* ibi: *ipse enim nihil habere potest.l.*49. §.1 *ff. de acquir. vel amitt.poss*, non enim acquiritur servo, quia non potest, nec ejus Domino, quia investiens Dominus noluit, ut servi Dominus id haberet feudum, quod si tamen Dominus servi sciverit & passus fuerit servum investiri, servus libertatem cum feudo acquiret: *l.6.§.fin vero scientibus C.qui milit. poss.Vultej.d.c.4.n.7.§.servo alien.Baro ad d.vers.personam.Bocer.d.c.3.n.*133. Si contemplatione domini investitura facta sit domino feudum acquiritur cum servi dominis suis etiam ignorantibus acquirant §.3. *Inst.per quas pers.cuiq. acquir.l.22.ff.de usuf. & quemadm.* Quod de servo dictum, quod scil. investiri possit, multò magis obtinebit in filiosfamilias, si quidem in plerisque meliore jure utitur. *Vultej.d.c.n.8.Ludwel. d. c. pag.*146. ubi simul monet, investituram vel feudi cessionem

nem à patre fieri non posse, cum in donationem incidat, quæ prohibita inter patrem & filium *l.1.§.1.pro donat.* De eo autem multum controvertitur, an feudo filiofamilias dato ejus ususfructus patri acquiratur: Distinguunt quidam, ut cum aliis *Fach.7.controv.77.* an scil. vasallus filiusfamilias commoditate carens fructuum domino commodè servire possit, vel non. Negant alii, ut *Vultej. & Ludwel. post alios dd ll.* Nos cum *Magnif. Dn. Cancellar.* Schützen *Exercit. 6. th 21. Bachov ad Tr.V.1.Disp.16.th.12.lit.B.Bocer. Cl.3. Disp.14.th.35.* affirmativam tanquam veriorem putamus per argumentum à dd. Dd. tradita, ubi simul ad rationes & leges licet speciosæ sint, respondet. Denique nec qualitatis hic habenda ratio; sed omnes etiam furiosi, mente capti, prodigi, muti, surdi, cœci de novo investire possunt per *d.vers.personam.* 4.*argum.l.21.C.mandat.l.9. C.de Iude. l.19. §.1. ibiq, Dd.ff.solut.matr.add.Zas.part.5.Sonsb.part.7.n.5. &* 10.*Borch.d.tr.c.5. n.*10.*Pistor. 2. Quest.*32.*n.*2 *Vultej.d.c.n.*11. Non obst. 1.F.6. *§.mutus &* 2. F. 36. vid. *Bocer.d,c.n.*194. dummodo tamen dominus investitor non ignoret vitium per *d.verba finalia.d. vers.personam.* & accipiant furiosi, mente capti & prodigi investituram per curatorem. *argum.l. 5.ff. de R.I. Ludwel. d.c.pag.*157.

XVII.

Neque attenditur dignitas vel alia conditio. Hinc tam Clericus quàm Laicus superior ab inferiore & hic ab illo investiri potest *d. vers. personam:* ubi tamen superioritati alterius nihil detrahitur, sed & diversis respectibus res tota æstimanda, censentur enim quoad diversas qualitates personæ diversimodè. *Vultej.d c n.9.* cum & jurare & servire per alium possint. *Goth. Anton. Disp. 2.th. 6. lit. D. Ritteersh c. 6. Q.* 12. De Clericis dubitatur num & illi de novo investiri possint: Negat *Zas.part.5. n.* 71. *& seqq.* Affirmant econtra *Vultej: & Bocer.dd.ll.Ludwel.d.c.pag.*153. *Sonsb.part.7.n.3. Wesenb. d.tr.c.5. n.2. Borcholt.c.5.n.49.per text.in 2.F.4. §. item clericus. c. ex transmissa.x. de foro compet:* & huic tanquam veriori & communi meritò adhæremus plus videntibus oculis quam oculo. Non obst. quæ pro Zasio facere posse videntur, vid. *Bocer. & Ludwel.dd.ll.* respondentes. Et hodie quidem, ubi experientia ipsa affirmativam confirmat, minus dubii residet, cum & ipse Papa Romanus tam ab Ecclesiis, quàm Imperatoribus & Regibus investiatur, vid. *Vultej. d.l.* ubi per exem-

 plai

pla demonſtrat: Et multo magis ArchiEpiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & reliquæ perſonæ Eccleſiaſticæ feudum de novo acquirent, *2. F. 40. item ſi clericus*, noverit tamen dominus clericum eſſe investiendum per *d. verb final. verſ. perſonā. Schrad. part. 4. c. 3. & n. 7.* Et de hoc dubitare hodie abſonum, ubi dictas perſonas Eccleſiaſticas hodie non tantum ampliſſimis ab imperio feudis donatas, ſed & principali dignitate coruſcatas videmus: Quo autem tempore hac dignitate primum florere cœperint & an ex uſu Reipublicæ factum à multis quæritur? Et quoad primum *Nobiliß. Dn.* Schütz *ſæpe laudat. in prælect. ſuis Iur. publ. lib. 1. tit. 7. poſ 9.* tempore Ottonum potiſſimum invaluiſſe docet; Non enim ſtatim eo momento, quo Eccleſiaſticam dignitatem adepti, principalem quoque uſurpârunt, nec in Principum claſſem evecti, vel juriſdictione ſeculari inveſtiti ſunt; licet in honore ſummo ſemper habiti, ſic tempore Caroli M. & ſeqq. Imperatorum ad Comitia vocati, ſi de ſtatu religionis & aliis, quæ ad vitam civium ſecundum verbum Dei componendam actum, Imperatori proximè aſſiderunt, ab eoq; principali titulo honorati, ceu patet ex actis Comitiorum à Carolo Craſſo Wormatiæ anno 881. celebratorum, ubi inter alia: Statuimus & decrevimus cum conſenſu tam ſpiritualium quàm ſecularium Principum &c. titulis tamen hiſce nunquam uſos nunquamq; ita inſignitos demonſtrat *Lehem. lib. 2. Chron. Spiren. c. 15.* ſed Epiſcopi, Præſules Parochi vocati, add. omninò *Hopping. de jur. inſign. c. 21. n. 49.* Sic Epiſcopus Herbipolenſis contentus erat inſcriptione hac. Erlangus Dei gratia Wurtzburgenſis humilis miniſter; Tum enim non aliæ eorum erant partes, quam inſtruere populum in verâ fide & proſpicere Eccleſiæ ceu ex conciliis aliisq; authoribus fide dignis patet *Lehem. cit. loc.* hinc in ſuma paupertate vivebant, quod de Corbiniano Epiſcopo Freiſingenſi qui vixit anno 724. notat *Lehem. lib. 2. c. 35.* quod ne unicum colonum habuerit. Et licet tempore Ludovici Pii divitiæ eorum creverint anno præſertim 814. vid. *Viterbiens. part. 17. Chron.* Juriſdictio tamen ſecularis aut Regalia ipſis non conceſſa uſque dum Otto I. ad Imperium pervenit. Hic enim omnibus Cathedralibus Eccleſiis in Italia, Gallia, Germania, Burgundia & Lotharingia, multas civitates, caſtra oppida villas aliaq; dominia temporalia & juriſdictiones donavit, Eccleſiisq; deputavit Ar-

vit, ArchiEpiscopos, Episcopos Ducatibus & Comitatibus communicavit, quibus nobiles & potentes vasallos subjecit, ut forti manu resistere paganis & hæreticis superessent, verba sunt *Theodor. de Nien fol.* 811. Primus autem Episcopus secularem dignitatem usurpans fuit Bruno Ottonis primi frater Episcopus Coloniensis vid. *Paul. Emil de gest. Franc. lib.* 3. & post alios *Struv. disp. Disp. Feud.* 1. *th.* 4. De eorum augmento & decremento, vid. *Lebem. lib.* 4. *Chron. Spir. c.* 3. *Sigon. lib.* 7. *de Regn. Ital.* Rationes actum cur chorus cum foro conjunctus vid. *Lebem. d. Chr. lib.* 2. *c.* 35. Constat tamen & illud Episcopos & alios, de quibus hactenus autem Regalia per investituram accipere non minus ac seculares Principes *A.B. tit.* 26. *R.I.* de anno 1550. Rub. die Teutsche Orden. Non tamen conceditur, nisi canonicè electis atque confirmatis vid. *Reinck. lib.* 1. *de Reg. S. & Eccl. Cl.* 4. *c.* 9. *n.* 29. quomodo autem eligantur vel postulentur alterius loci est tractare, vid. interim *d. C. P. de Stat. Rei Rom. V.* 2. *Disp. ult. th.* 9. & passim. Quod autem de usu Reipublicæ factum non sit, Clericos in tantam potentiam evectos esse multi volunt. Ex Imperatoribus Henricus IV. & V. Ex Cardinalibus Casanus *de Concord. Cathol. lib.* 3. *c.* 30. *vid. Lebem. lib.* 4. *d. tr. c.* 3. Ex Episcopis Otto Freisingensis *lib.* 7. *Chron.* ubi ait, Regno descrescente, Ecclesia in magna authoritate stare cœpit. Ex nostratibus vid. *Iacob. Mart. lib.* 2. *polit. c.* 29. *Balduin. de Casib. Conscient. lib.* 4. *c.* 4. *Daumhaut. in Christeid. pag.* 381. *Conring. Disp. de Const. Episc.* quod Gustavus Rex Sveciæ exemplo docuit, ubi, cum procerum consensu Episcopis arces & prædia ademit, & Fisco Regio adscripsit, relicto iis quibus vivere adhuc possint, vid. *Descript. Sveciæ pag.* 15. *& seqq.* Quicquid tamen, cum jam olim Protestantes Episcopos in possessione Ducatuum & Principatuum turbare noluerint, vid. Resp. So der Kayserlichen Maj. die Protestirende Stände gegeben haben von verglichenen vnd vnverglichenen Articuln in der Religion ibi: vnd seyn darwider nicht / daß die Bischoff der Güter vnd Herrschafft besitzen / die ihnen vom Kayser vnd andern Fürsten geben sind / apud *Hordl. de Caus. Bell. Germ. lib.* 1. *c.* 35. quin nec Augustana Confessio Pontifici seu summo Episcopo politicam & temporalem in patrimonio S. Petri deneget potestatem, modo cum potestate Ecclesiastica non confundatur, vid. *A. C. art. ult.* Per nos quidem licebit eos sequi qui institutum hoc non

planè damnant , modo abstrahatur ab abusibus add. *Reinck.lib.1. Cl.4.c.9.per tot. Arum.de Comit. c.4.n.100.& seqq. Carpz. ad L. Reg. c.3. sect.4.d.Coll.publ. Disp.8. th.4.* licet non negemus ex hac conjunctione Sacerdotii religionem ipsam non exigua contraxisse incommoda, vid. *Orat. Espers ad Cardinalem Lotharing.* quæ extat apud *Damb.in Hodom.Spir.Pap.phantasm.2.pag.mihi 794. add. Coll.publ.d.l. & V.2. Disp. ult. th.pen.* & licet optandum, ut omnem operam impenderent in ea quæ solius Dei, atque sic nauscarent ad secularia: Attamen immutare quid quis tentabit? Non Imperator qui in Capitulatione eorum non minus ac cæterorum Statuum tutelam jurat, juraq; eorum confirmat, Non etiam constatus, cum illi nec his viribus cedant melius itaque erit vetera servare, quam nova spinosa cum periculo tentare: Cum & ipsi Ecclesiastici dignitatem regalem ab Imperatore & Imperio habeant, eisq; subjecti, ac propterea non minus ac seculares fidelitatem debeant Imperatori, ita ut si quid machinentur dignitatibus exui possint, *Speid.in Notab. voce* Bischof. licet inficiari non possimus sæpius Pontificis, raro Imperatoris partes secutos, probat tamen *Arum.d.c.4.n.99.* & eos Papæ pro Majestate Imperii læpe oblocutos fuisse: Cæterum ordines equitum Teutonicorum Imperio nunquam obnoxios esse patet ex R.I. de anno 1576. ubi in Comitiis Ratisb: de novi erectione deliberatum fit. Plura de hac materia addere ratio temporis & instituti non patitur: De monachis Q. an & ii de novo feudo investiri possint? quod affirmamus *d.vers.personam*, ita tamen ut feudum datum monasterio acquiratur, requiritur, ut in tali monasterio vivat, quod capax sit feudi, *Vultej.d.l. Rosenth.c.3.concl.4.* ubi simul ad contraria respondeat. Tale etiam sit feudum, quo monachus investiri potest, ex quo servitia præstare possit non inconvenientia ejus ordini, qualia sunt preces recitandæ diebus certis, vel sit omnino francum, cum servitia secularia obire nequeat *per d.tit.Ne cler.vel monach.secularib. negoc. se immisc.* Et licet monachus semper acquirat monasterio quocunque respectu sui scil. vel monasterii nomine vel simpliciter investiatur *Nov.5.c.5.c.cum monasterium.6.in pr. & vers.ult.x.de stat.monach.* per seculares tamen Officiales secularia officia præstare nequit *argum.l.2.§.1.ff de administ.rer. ad civit.pertin.l.un C.quib.ad Conduct. præd.fisc.acced.non lic.* licet per substitutum aliàs servire permittant jura feuda.

ra feudalia 2 F.26.§.*si quis decesserit & 55.§. firmiter*, implicarent n. *se* negotiis secularibus instruendo substitutum armis, equis &c. quæ cura cucullatos non decet, *c.placuit.16.Q.1. & d.tit.x. Ne Cler. vel Monach.secul.negoc.se immisc. Diss. Ludwel d.c.6.pag.155.& seq.* Quoad retentionem tamen feudi videndum, num intuitu monachi solius an respectu monasterii investitus sit monachus: Si solius monachi intuitu investitura facta sit, hoc mortuo desinit esse feudum per Reg. sublato subjecto monacho scilicet cessat adjunctum scil. feudum: Vel si feudum monacho ob servitium, quod decenter ab ipso præstari potest, datũ est, saltem ad vitã monachi illius in usu monasterii remanet *Clar. lib.4. sentent. Q.78 n.2. Obrecht.Disp. Feud.4.th.155.* si respectu monasterii investitura facta sit, perpetuo illud monasterio manebit *Obrecht.d.l.n.156.arg.l.68.l.196.ff.de R.I.l.3.§.ult.ff. de Censib.l. 4.ff.de jure immun.Bocer.d.c.n.146.&seqq.* Similiter summus inter Laicos Imperator à quibusvis investituram accipere potest, quod per exempla latè deducit *Vultej.d.c.n.* 10. multò ergò magis reliqui Reges, Principes & alii inferioris conditionis homines per *sæpe alleg. vers. personam.* & supra datam rationem, vid. *Vultej.d.l.* De Rustico controvertunt, Num & ille capax sit, ut possit investiri de feudo novo? Negantibus videtur patrocinari textus in 2.F.10. §.*cæteri vero 26.§.beneficium.34.§. similiter,* quibus tamen non obstantibus affirmativæ inhærere tutius, facit generalitas textus *in d. vers. personam. Vultej. d.l. & Dd.comm.* Cum rusticus hodie non minor ad sustinendos labores bellicos repertus ac nobilis, quod nisi experientia hactenus edocti essemus, exemplis facilè verificari posset, unum attulisse, juvabit, quod elucet ex primo Rege Bohemiæ, qui ex aratore Rex evectus est *Zas.part.5. n.29.* An autem rusticus de feudo nobili investitus, eo ipso nobilitatem consequatur Q? *vid.. Vultej.d.c. 4. & 8.n.19.Ludwel.d.c.pag.152.Goth. Anton.d.disp.2.th.6. lit.d. Bocer. d.c.3.n. 152. & seqq.* qui tamen variè inter se dissentiunt. placet nobis *Vultej. & Ludwel.d.l.* opinio quibus accedit *Obrecht.disp. Feud. 2.th.19.& seqq.* quæ est, quod tum demum tributa videatur nobilitatis qualitas ejusq; jura & privilegia vasallo novo, si illud datum sit ab Imperatore vel alio Rege & Principe summo hoc animo, ut vasallus sit nobilis, non enim sola potestas sufficit, sed & voluntas insuper hic requiritur, sicut & in omnibus aliis actibus hu-

manis; Non enim dignitas hæc inhæret glebæ terræ, ceu loquitur *Vultej. d. l.* ita scil. ut de Ducatu, Marchionatu vel Comitatu investitus, statim etiam Dux, Marchio vel Comes sit, poterit enim possessor Ducatus vel Comitatus esse vulgo Inhaber der Graffschafft/ sed virtutis præmium, quam tribuere non rei, Ducatus scil. vel Comitatus, sed solius Imperatoris vel alterius hoc jure gaudentis, est *l. 5. C. de divers. rescript. l. ult. § viros illustres. C. ubi Senat. & clariss. l. un. C. de his qui à Princip. vacation. accep. lib. 10.* add. *Tiraquell. de Nobilit. c. 6. & vid. omnino Vultej. d. l. Obstare videtur textus in 2. F. 10. cui resp. Vultej. d. l. n. 20.* Hucusque de iis qui de novo investiri possunt: Qui tamen omnes in feudo veteri non succedunt, neque renovationem investituræ petere possunt: Quales sunt 1. fœminæ *2. F. 36. in fin. 11. vers. ad filias. & vers. proles. 1. F. 1. § 3. & tit. 8.* nisi sit fœmineum, vel pacto transitorium ad fœminas, filiis scil. deficientibus *1. F. 8. § filia. 2. F. 17. & 30.* 2. Clerici & Monachi *2. F. 26. § qui clericus. & 30.* distinguuntur enim clerici & monachi aliquando *c. 8. x. de consuetud. & l. 32. C. de Episcop. & cler.* 3. Furiosi, mente capti, surdi, muti, *1. F. 6. § mutus. 2. F. 36. add. Vultej. d. lib. 1. c 9. n. 27. & seqq. Struv. Disp. 9. th. 8. 9. 10. per tot.* ubi latissimè hanc materiam pro & contra tradiderunt, de quibus cum ad materiam successionis feudalis pertineant plura addere supersedeo tum propter copiam materiæ, tum propter brevitatem temporis, illud saltem addimus circa successionem in feudis, quod agnatus repudiata hereditate defuncti feudum antiquum ad se devolutum possit obtinere *2. F. 45.* filius verò defuncti & alii descendentes si feudum consequi velint, simul etiam hereditatem adire teneantur, *Struv. d. Disp. th. 11. per tot.* Cæterum pertinet ad materiam personarum, nomina Dominorum & vasallorum eorumq; differentiam scire. Sic qui constituit feudum Dominus vel senior dicitur honoris scil. causa *Ludvv. d. tr. c. 5. pag. 110.* & alii. Qui accepit vasallus à vassus ita dictus *Anton. d. Disp. 2 th. 1 lit. C. Ludvvel. d. l. Germ.* Lehnman/ quorum tamen nomina, secundum conditionem eorum variam, variant: Ita Capitanei regni dicuntur à capite *1. F. 1. & 14.* quales sunt, qui à summo Principe vel lege investiti sunt, quales sunt Duces, Marchiones, Comites, qui ab his Valvasores majores barbarè ita dicti, quiq; ab his Valvasores minores, qui iterum ab his Valvasores minimi vocantur plura vid. apud *Vultej. d. c. 4. n. 14. & seqq. Ludvvel. d. l. Goth. d. l.* & alios.

XIIX.

Regulam ex 2.F.3.§.1.*verſ.perſonam.in th.*17.conſtruximus talem, quod omnes, qui non prohibentur, de novo inveſtiri poſſint: Prohibentur autem quidam, qui ob delicta vel pœnas, quibus ob delicta affecti ſunt, indignos ſe fecerunt: Tales autem ſunt ſecundùm *Vultej.d.c.*4.*n.*12.*Ludvvel.d.tr.c.* 6.*n.* 157. *& ſeqq.* 1. Hæretici, cum quibus contrahendi, vel quicquam commercii habendi omnis poteſtas adempta *l.* 4.§.1. *& ſeqq.C.de Haret. & Manich.* 2. Apoſtatæ, *l.*4.*C.de Apoſtat.* 3. Excommunicati excommunicatione majore *argum.c.*16.32.*&* 33.*cauſ.*11.*Q.*3. 4. Banniti quibus omnia adimuntur *Gail.*2. *de pac.publ.c.* 6.*n.* 9.*&* 10. 5. Deportati, qui etiam amittunt bona, ita ut nec earum rerum heredem habere poſſint, quas poſt pœnam irrogatam acquiſiverunt *l.*2 *C.de bon.proſcript.Diſſ. Bocer. d.c.*3.*n.ult.* cui reſpondet *Ludvvel.d.l.* 6. Uſurarii manifeſti *l.*2.*de dignit.* qui cum Majeſtatem Dei lædant,& ſocietatibus hominum adverſentur meritò ex legitimo damnantur conſortio *c.*1.*de uſur. in* 6. 7. Damnati crimine aliquo publico, puta crimine læſæ Majeſtatis *l.ult.C.ad L.Iul. Maj.l.*9.*C. de bon.proſcript.* 8. Ex illegitimo coitu nati, vaſallos enim integræ famæ eſſe oportet 2.F.37. quales etiam ſunt ſpurii, Diſs.*Bocer. d.cap.* 3.*num.* 140. §.*verum per d. verſ. perſonam.*& rationem eam quod infames non ſint, verum licet revera & proprie infames dici nequeant, obnoxii tamen ſunt aliena macula qua omni jure laborant *l.* 27.*C.de inoff. Teſtam.* cum n. nec patrem, nec familiam,nec agnatos,nec inſignia habeant,nec laudē ſatis appareat ſine labe eos non eſſe,ſicq; proinde capaces feudi non erunt: 9. Deniq; omnes,qui infamia laborant, tum quia, ſi plures ejuſdē Domini ſunt vaſalli, conſtituitur ex illis judiciū ad cauſas feudales dijudicandas,quando lis eſt de feudo inter Dominū & vaſallum aliquem 2.F.16.*in pr.*20 *in pr.*39.§ *ſi inter Dominum &* 55.§.*pen.verſ.ſi verò.* At infamis judicis perſonam ſuſtinere nequit non ſolum jure civili *l.*12.§.2.*ff.de judic.l.* 2.*de Senator.* Sed & feudali 2 F.37.*ibiq; Dd.* Tum quia in feudorum controverſiis plerunq; teſtes producuntur ipſi tantum convaſalli 1.F.2.§.1.*&* §.*item.&* §.*ſeq.* 10.*&* 11.2.F.2. *in pr.F.*20.*in pr.*25.§.*ult.*32.*&*33.*verſ.quod autē:*Infamis a.teſtimoniū dicere nequit *Nov.*90.*c.*1.*l.*3.*in pr. verſ.& an honeſta.ff.de Teſtib.c.*54.§.1. *x.eod,*proindeq; nec convaſallus erit: Tum quia Domino feudi exi-

 ſtimatio-

ſtimationis integræ viro, turpe eſt & inhoneſtum cum infamibus converſari *l. 42. ff. de Rit. Nupt. l. 197. de R. I. l. 5. C. ad SCt. Orfic.* Tum quod vaſallus Domino à conſiliis eſſe tenetur *2. F. 6. verſ. reſtat ut:* qualis infamis eſſe nequit, *l. 3. ff. de Offic. aſſeſ.* Tum deniq; quia juris authoritate perſonis honeſtis aſſociari debent honeſtæ, turpibus æquè turpes argum. *l. 44. l. 47. ff. de Rit. Nupt.* Add. quoad milites potiſſimum hæc obtinere, quales infames de Jure noſtro eſſe nequeunt *l. 4. §. adulteri. ff. de re milit. l. 2. §. miles ff. de his qui not. infam. Bocer. d. c. n. 142. Ludvvel d. l.* quod tamen nonnulli ita intelligere volunt, ſi feudum annexam dignitatem habet *arg. l. 2. C. de dignit. ut ſunt. Roſenth. d. tr. c. 3. concl. 9. Null. Diſp. Feud. 2. th. 6. Schrad. tract. feud. part. 4. c. 3. n. 7.* verius tamen contrarium defenditur.

XIX.

Res quæ per inveſtituram acquiritur eſt feudum, tam novum quàm vetus, de qua diſtinctione vid. *ſupra th. 10.* ubi hoc fieri dicebamus renovando & in perſona ſucceſſionis confirmando, quod ſcil. propriè nihil tribuat, ſed jus quod habemus, confirmet, illud erat, quod primo alicui acquiritur. Cum verò res hæc vel objectum inveſtituræ per ſe non intelligatur, niſi addendo, in quibus rebus feudum conſtituatur, quod per inveſtituram acquiritur, paucis de rebus ipſis, quæ per inveſtituram acquiri poſſint, videbimus, cum aliæ idoneæ, aliæ inidoneæ ad inveſtiendum reperiantur: Excludantur ergo 1. Res mobiles *2. F. 1. §. fin.* ratio, quia feuda natura ſua perpetua ſunt, & ad deſcendentes ac agnatas tranſeunt *2. F. 23. circ. fin.* rerum vero mobilium ſubſtantia paulatim fit deterior *argum. l. 47. ff. de acquir. poſſ.* tum & requiritur in feudis, ut proprietas ſeu directum dominium maneat penes dominum dantem, uſusfructus verò vel utile dominium tranſeat ad vaſallum accipientem *d. tit. 23.* quod in mobilibus fieri nequit, cum in abuſu conſiſtant *§. 2. Inſt. de uſufruct. l. 7. ex tot. tit. ff. de uſufr. ear. rer. Borcholt. c. 6. n. 22. Schneidvv. p. 2. n. 39. Rittersh. lib. 2. c. 7. q. 2. Diſſ. Finckelth. Diſp. Feud. 2. contr. 3.* argumentis non ita validis; Nec melius diſtinguit *Niell.* inter res mobiles pretioſas & viles, nullũ n. ejus rei in jure feudali veſtigium, vid. *Ludvvel. d. tr. c. 12. p. 304.* nec cautio interpoſita facit, ut inveſtitura procedat, eſt enim contra ſubſtantiam feudi; *2. F. 1. in fin. Ludvvel. d. l. p. 305. add. Struv. Diſp. 4. Feud. th. 2.* De pecunia hic Q. An ea ex re feuda-

li redactâ, ipsa feudalis censeatur? Et quidem si absolute, non relate uti quæsivimus, de pecunia loquamur, dubium non est, quin in ea feudum improprium constituatur secundum text. *in* 2. *F.* 1. §. *fin.* quod fieri potest, ut pecunia apud Dominum ipsum maneat, atque in jure feudi alteri certum solvat reditum: Vel ex certa pecunia tertio credita jure feudi reditum percipiat: An autẽ etiam ita ut vasallo pecunia tradatur, in qua feudum constituatur Dd. disputant, *vid. Struv. d. l.* Ut autem in tali pecunia feudum constituatur, requiritur 1. Voluntas eorum in feudum tale volunt sive conventione sive ultima voluntate fiat, 2. ut transmutetur qualitas pecuniæ allodiais in feudalem, ita scil. ut alter dominium directũ habeat, alteri sub obligatione ad fidem dominiũ utile per investituram cedatur, vid. *post. Koppen decis. q.* 18. *Pruckm. V.* 2. *cons.* 9. *n.* 74. *& seqq. Cothm. lib.* 2. *Cons.* 29. *Struvium d. Disp. th.* 3. Cæterum revertendo ad quæstionẽ nostrã, an pecunia ex re feudali redacta feudalis censenda sit, ex modo dictis ad eam facilè responderi potest, & quidem negativè, cum pecunia talis quæ apud emptorem allodialis existit, cum illa qualitate transeat in venditorem non immutata in feudalem, confirmat id textus in 2. *F.* 26. §. *si vasallus de benefic. add. l.* 6. *C. de R. V. l.* 48. § *ult. de furt.* ex quibus patet regulam illam surrogatum sapere naturam surrogat, non procedere, quando singularis qualitas inest ei, cui quid surrogatur, Diss. *Henning Gœden. Consil.* 18. *n.* 3. *vid. Ludvvel. pag.* 307. *Vultej. d. l. t. c.* 8. *n.* 10. ubi alias pro negativa adducit, quam adeo veram esse putamus cum *Ludvv. d. l.* ut etiamsi inter agnatos vel fratres convenerit, ut pecunia ex re vendita vel alia pro feudo habeatur, feudalẽ tamẽ non esse, nec in eo soli masculi succedent, cum in contrahentium potestate non sit pecuniæ qualitatem immutare, vid. *Berlich. part.* 3. *concl.* 41. *n.* 5. *Carpz. part.* 3. *Const.* 30. *Def.* 2. *Klock. cons.* 124. *n.* 49. *Struv. d. Disp. th.* 6. *Ludvv. d. l.* Neque illa pecunia quæ destinata ad emendum feudum feudalis est, nuda enim destinatio effectum non habet vid. *Goth. in l.* 58. §. 1 *pro soc.* quod si tamen pacto vel testamento caveatur, ut pecunia ex feudo vendito redacta aut alia in emptionem prædii feudalis collocetur, oritur actio ut promissor vel ejus heres conventionem impleat, vel interesse præstet *Berlich. d. l. n.* 35. *Carpz. d. C. def.* 9. *Knichen. de pact. invest. part.* 3. *c.* 5. *n.* 63. *&* 67. *Rosenth. c.* 4. *concl.* 8. Deinde ii prohibentur res per investiturã alteri in feudum
 cedi

cedi res immobiles, ex speciali ratione commerciis hominum exemptæ sive legis sive hominis dispositione. Legis dispositione sunt 1. res sacræ, religiosæ, sanctæ §.8 *I.de R.D.l.ff.eod.l.62. §.1 ff.de contrah.empt.§.fin.I.eod l.21.C.de SS.Eccl.Nov.46.N.67.c.4.Auth.praterea. C.d.t. junct.tit.3.lib.2.F.§.1.* nisi transeat cum universitate, quæ in feudū datur, ut scil. maneant in illa civitate, in consequentiam, non ut vasallo utile dominium in iis acquiratur *l.22.23.24.ff de contrah.empt. l.62.ff.de acquir. Rer. Dom.* De cœmiteriis hodiernis vide *Carpz. Jurisp. Constit.lib.2.Def.385.n.1.& defin.seqq.def 144.n.10.Id.lib.1.Resp.Elect.86. Finckelth.de jur: sepult. th.4 |Besold.Thes.pract.voc.* Begräbnüß. aliud obtinet in rebus Ecclesiasticis, quæ ab his differunt, de quibus *th.seq.* 2. Res communes, *§.1.2. & 6.I.de Rer. div.l.6.l.51.ff.de contrab. empt.* sunt n. nullius quoad proprietatem & omniū quoad usum. 3. Res jurisgentiū publicæ, quę usum natura sua juregentium communem faciunt omnibus hominibus *§. 2.1.l.5.junct. l.2.ff. de Rer.div.* 4. Res universitatis, quæ etiam privati non sunt, sed universitatis & usum specialem præbent, cui ab universitate destinatæ sunt *l.1.pr.circ.fin. ff.de Rer.div.§.6.I.eod.l.6.ff de contrab.empt.* fallit tamen in iis, quæ aliis etiam usui esse possunt, ut jus pascendi, ligna cedendi. Differunt vero res juregentium communes & bona Imperii propria, it. res universitatis & bona universitatis seu Reip. propria, utraque diversi generis, vel n. ad ærarium & fiscum Imperii, & reditus civitatis publicos destinata sunt, vel sunt peculiaria Imperii vel civitatis bona, utraque in feudum concedi possunt, hæc tamen facilius quam illa, ab iis scil. qui potestatem infeudandi habent: De ipsa distinctione vid. *l.2.§.4.ff ne quid in loco publ.l.6.pr.ff.de contr.empt.l.17.ff.de V. S.add.Struv.d.Disp.th.6.* Dispositione hominis commercio exemptæ sunt omnes eæ res, quæ vel à testamento vel pactione contrahentiū alienari prohibitæ, ut sunt res fideicommisso subjectæ vel pacto alienari prohibitæ *l.ult.C.de reb. alien.non alien.l.114.§.14.ff.de legat.1. l.37.§.27.de legat.2, l.3.§.2.& auth.Res qua C.comm.de Legat. & fideic. Ludvv.d.c.p.310.* Ob qualitatem rei vel juris in re constituti prohibētur quædā res investiri, ut sunt res litigiosæ *l.1.& fin.C.de Litig.* quæ tem tales sint vid. *Auth.Litig.C.eod.* it. Res immobiles in dotem inæstimatò datæ *l.1.§.1.l.4.ff.de fund.dot.* Illud non interesse videtur res propria vel communis sit, nam & hæc in feudum datur 2. F. 58. §. *item sciendum.l.12.C.de donat.* Imò res planè aliena, sed ut propria, li-

cet revera aliena sit, concedatur; Vel si saltem secundum intentionem contrahentium propria sit, aliena enim ut aliena alienari nequit *Rubr. & l. 1. cum seqq. C. de reb. alien. non alienand.* Ergo nec in feudum dari *d.t.3.lib.2.F.* licet ex accidenti fieri possit, ut aliena per investituram concedatur, ubi tamen concedens aliter promissioni suæ non satisfacit, nisi faciat vasallum re tanquam concedentis propria uti, (exemplo venditoris alienam rem vendentis *l.28.ff.de contr. empt*) evictionem scil. præstando, quæ defectum supplet *l. 1. & tot. tit. de evict. l. 11. §. 2. ff. de act. empt. junct. tit. 8. in pr. & 25. lib. 2. F.* ubi aliud ejusdem bonitatis cedens præstare tenetur, vel pretium numeratum pro feudo evicto secundum naturam contractus: Ut autem vasallus ita cum effectu de evictione agere possit, requiritur sicut jure communi ita & feudali. 1. ut vasallus interpellatus Dominum vocaverit, & litem denunciaverit. 2. F. 25. 2. ut sententia judicis petitoris jure evicta sit. *d. tit. 25. verb. verb. si in eo judicio vasallus fuerit victus.* Contra & hoc jus feudale cum communi Justinianæo commune habet 1. ut non teneatur, si sciverit rem alienam esse nisi pacto speciali sibi prospexerit 2. F. 8. *l. 27. C. de Evict.* 2. Si præstatio evictionis pacto remissa sit *l. 11. §. fin. ff. de act. empt. conf. Frantzk. ad d. t. n.* 300. Obiter hic addimus ipsius accipientis vasalli rem propriam allodialem in feudum etiam dari posse vel sub conditione *l. 61. de contrah. empt.* vel etiam ipso sciente & rem propriam ab alio recognoscuntur transferendo scil. dominium directum in dominum & retinendo sibi utile dispositivè animo alienandi *Anton. dict. Disput. th. 3. lit. d. Vultej. d. cap. 5. num. 19. Ludwel. d. l. pag.* 312. Ubi tamen quoad præstationem evictionis distinguendos esse titulos transferendi putamus, ut si emptione vel alio titulo oneroso transferatur evictio præstetur, si lucrativo donatione scil. ad eam non teneatur, licet supra quoad Dominum investientem vasallum aliud statuerimus, natura enim translatio dominii quæ donatione fit respuente evictionem, prior est constitutione feudi, quæ differentiam constituunt: vid. *Struv. d. Disp. th. 9. circ. fin.*

XX.

Ut autem res per investituram acquiri possit alicui, necesse est 1. ut res sit alienabilis 2. F. 3. quales etiam sunt integra territoria, seu provinciæ, Ducatus, Principatus & Comitatus cum superiori-

tate cu-

tate territoriali Lands-Fürstlich oder Lands-Hohe Obrigkeit / quæ Statibus Imperii cum omnibus Regalibus, juribus & emolumentis mit allen Regalien / Herrligkeiten Obrigkeiten / Ehr / Würden / Freyheiten / Gerechtigkeit und Eingehörungen in feuda dantur *Knub. de Superior. territ. c.1. n.2 24. & seqq. n.311 & 436. cum seqq.* Sicq; concesso territorio omnia illa concessa intelliguntur idem *d.c.1. n 251. & seqq. c.4. n.64* Dantur etiam quandoque ditiones ab ipsis Ducibus, qui jura territorialia habent Comitibus & Baronibus, sed sine qualitate territorialis superioritatis, attamen sub lege feudi *Knich. d c. n.228. 337.* Item nobilibus castra per investituram cum variis juribus & pertinentiis *id. c.1. n. 228. & tr. de pact. invest. part. 2. c. 4. ubi latè*: An autem castro concesso jurisdictio simul concessa censeatur, dubitatur, Et quidem cum distincta sint castrum & jurisdictio in eos qui in castro vivunt, possitq; alter castrum alter alia emolumenta habere, res tota ex verbis investituræ dirimenda, ex quibus si nec generalibus nec specialibus id actum appareat, negativè respondendum videtur, licet non negarim plerunq; eam una cum castris concedi solere *Ludvvel. & Strum. d. l.* consuetudo E. hic attendenda *Vulej. d. lib.1. c.5. n.5.* 2. requiritur ut sit res immobilis vel solo cohærens vel ut inter immobilia numeretur 2. F. 1. § *sciendum*: Dicuntur autem nobis res immobiles quæ de loco in locum moveri nequeunt, ut sunt ager prædium, castrum, vinea, sylva *l. 7. §. 1. de usufruct. l. 5. §. 2. & 3. l. 8. & 9. ff. quib. mod. usufr. amitt.* It. fodinæ, auri, argenti, ferri, plumbi & cæterorum metallorum, lapidis item, calcis, arenæ, cretæ, sulphuris *l. 9. §. 2. l. 13. §. 1. de usuf.* Res solo cohærentes sunt res sua natura mobiles, immobilibus tamen cohærent, ut sunt fructus pendentes *Vultej. d. c. 5. n. 5. add. Ludvv. d. c. pag. 313. Diß. Schrad. p. 3. c. 2. n. 56. Niell. Disp. Feud. 3. th. 1.* Inter immobiles res etiam numerantur eæ, quæ naturaliter mobiles sunt, civiliter verò etiam immobilibus annumerantur, quæ scil. ad rem immobilem pertinent & civiliter ab ea separari nequeunt, adeoq; non nisi conjunctim cum re ad quam pertinent in feudum dari possunt, ut sunt animalia, jumenta quæ scil. ad laborandum & colendum necessaria sunt, it: cum castro tormenta bellica, machinæ &c. Hinc regula illa Feudistarum, quod iis concessis omnia iis cohærentia concessa intelliguntur, etiamsi nihil de iis actum. *argum. l. 40. §. 1. l. 47. cum seqq. l. 78. ff. de contrah. empt. & l.*

38.*ff.de act.empt.* quo etiam pertinent jura, servitutes scil. reales. *l.23.de §.ven. & ult. ff. de servit. prad. rust. l.* 12. *ff. comm. prad. d.l.* 47. Tales etiam civiliter immobiles res sunt, quæ natura sua neque mobiles neque immobiles sunt, rebus tamen immobilibus aliquando annumerari possunt, si scil. rei immobili cohærent, ut jura competentia in rebus imobilibus, ut sunt annui reditus, jura venādi, piscandi, cœdendi, ligna, lapides, aucupandi, pascendi actiones pro rebus immobilibus competentes, & causam perpetuā habentes, quo etiā referunt pensiones de Camera & cavenna, it. Sigilla Principū & Episcoporū, si reditus inde resultent, licet inter impropria feuda rectius numeraveris, vid. *Goth. Anton. d. Disp. th.* 4. *& 5. per tot. Speidel. in notab. verbo* Fahrent Haab/ *Vultej. lib.* 1. *c.* 5. De molendinis Q. an mobilibus an immobilibus annumeranda veniant? Cum autém ea triplicis potissimum generis sint, de quibus quæritur, de singulis dispiciemus: Quædam enim solo & ripis fluminum inædificata sunt, quæ sine dubio immobilibus annumerantur *Rosenth. d. tr. c.* 4. *concl.* 4. 2. Quędam sunt navalia Schiffmühl/ quæ à *Vultej.* & aliis mobilibus annumerantur, verum & hæc rectiùs immobilibus accensuerim, cum solum eorum sit aqua, & usus eorum non sit, ut de loco in locum moveantur, sed ut in loco permanentia usum molæ præbeant, licet per motum aquæ hinc inde moveantur, non tamen amoventur, cùm funibus ligata sint, adeoq; cum & sine fundo in feudū concedi poterunt, nec obst. *l.* 20. §. 4. *ff. quod vi aut clam. vid. Struv. d. Disp.* 6. *th.* 11. *Hering. de molend. Quæst.* 8. *n.* 16. *& seqq. Finckelth. Disp. Feud.* 4. *controv.* 20. 3. Quædam molendina sunt pneumatica Windmühlen/ in quibus venti ad molendum velut operarii quasi conducti videntur, ut loquitur *Franc. Bacon. de Verulamio Histor. ventor. præf.* Quæ iterum à *Borcholt. de feud. c.* 6. *n.* 11. *Carpz. p.* 3. *Const.* 24. *n.* 5. mobilibus rebus adjiciuntur. Verum nos & hæc itidem immobilibus annumerari non dubitamus, terræ enim fixa sunt, nec sine destructione moveri possunt de loco in locum, licet superior pars ædificii & alæ, vento circumagi possint, basis tamen & fundamentum, quod principaliter considerandum, immobile manet, propter stipites in terra defossos, *argum. l.* 18. *ff de act. empt. Ludw. d. l. pag* 315. nec obst. *l.* 60. *ff. de acquir. rer. dom.* argumentatur enim à diversis *vid. Hering. Finckelth. Rosenth. dd. ll. Hahn. ad Wesenb. de rer. divis. n.* 4. *verb.* nisi per interpreta-

 tionem,

sionem *Struv. d. l.* Cæterum non distinguimus 1. Res sint Ecclesiasticæ an seculares, 1. F. 1. 2. F. 54. *& seq.* Ecclesiasticæ enim, cum sint in patrimonio vel dominio Ecclesiæ, monasterii, aliorumq; piorum locorum & Collegiorum ad pios usus fundatorum, ut his inserviant, non verò immediatè cultui divino vel Deo consecratæ ut res sacræ, à regula generali exceptæ non sunt, ut autem eæ legitimè de novo investiri vel in feudum dari possint utilitate scil. vel necessitate loci pii exigente *l. 17. §. 1. C de SS. Eccles. Nov.* 120 certas solennitates intervenire necesse est, quæ præscriptæ *in c. exceptione.* 12. *Q. 2. c. 8. x. de his quæ fiunt à Prælat. c. 2. x. de Feud.* 2. F. 35. quales sunt 1. causæ cognitio *d. c. exceptione Clem. 1. de reb. Eccles. non alien.* 2. Capituli consensus & 3. Episcopi aliusve Prælati *d. t. c. un. x. de reb. Eccles. non alien. c. Abbatibus.* 12. *Q. 2. c. in venditionibus*, 17. *Q.* 4. Quod si res infeudari solita sit, solennitatibus hisce opus non est *c. 2. x. de Feud. Goth. Anton. Disp. 5. th. 2. lit. c. Rosenth. c. 4. concl. 35. Struv. Diss. 6. th.* 4. Quæ autem res infeudari solitæ dicantur, varia est Doctorum sententia. Nos cum Bocer. *d. c. 5. n. 55. § si quoq; Vultej. d. c. 5. n. 14. § verum enimvero. Anton. d. l. Carpz. Disp. 4. th. 4 & alii,* non ex qualitate rei, sed personæ rem dirimi posse putamus, si scil. hæc potestatem investiendi ab antiquo habuerit, & Ecclesiæ res bene gerat, quantum verò temporis, quotq; actus requirantur, ut prælatus dicatur habere investiendi potestatem, arbitrio judicis relinquimus cum *Fachin. 7. controv.* 67. cum nec jure civili nec feudali quicquam de eo constitutum sit, ergo *argum. l. 1. §. 2. ff. de jur. delib.* Excipiuntur hic vulgo à Doctoribus tres species rerum Ecclesiasticarum, quæ in feudum concedi nequeant, Tituli scil. decimæ & primitiæ *c. 15 17. 19 x. de Decim. c. 39. caus. 16. Q. 7. junct. c 78. x. de his quæ fiunt à Prælat. Vultej. d. n. & §. Gudel. de jur. Noviss. lib. 6. c. 13.* In decimis autem idem obtinere, non sine ratione dubitant alii, per ea, quæ tamen refutat, *Bocer. d. c. n. 64.* habet, nullibi enim prohibita videtur earum infeudatio, & prohibitio Concilii Lateranensis maximè jus sanctuarii Hereditarium respicit, ceu patet *ex d. c. 15. x. de decim.* Quin etiam Papa & Prælati, qui sufficienti ad hoc muniti sunt potestate, ritè aliquem investire possint non ambigit *Struv. d. l.* eoq; minus dubii habet in Prælatis nostris, qui Pontificem non agnoscunt, cum decimæ ut decimæ, non debeantur Ecclesiæ jure naturali & divino N. T. sed ad sustenta-

tionem

tionem & salarium ministrorum, quod sive decimarum præstatione, sive aliô modô suppeditetur, nihil interest *conf. Arnis. de Exempt. Cler. c. 4. n. 1. 2. Carpz. Jurisp. Consist lib. 1. Defin. 126. & seq. Paul. Layman. Theol. Moral. lib. 4. tract. 4. c. 2. Vasq. illustr. Q. part. 1. lib. 2. c.* 87. II. Non distinguimus res sint Feudales vel allodiales, *vid. Anton. d. Disput. th.* 3. III. privatæ sint sive publicæ, de quibus *itidem th. præced.* Possunt & Regalia, (quæ communiter à Dd. in majora & minora dividuntur, bene an male alibi) in feudũ concedi, exceptis iis, quæ ipsius personalissima, & ab ipsius corpore separari nequeunt, quæq; ipse hodie sine consensu Statuum vel Electorum se exercere nolle promisit, ut sunt leges universales condere, bella indicere, vectigalia nova instituere &c. *vid. Vultej. d. c. 5. n. 7. & seqq. & n. 15. Anton. d. Disp. th. 6. 7. & 8. Struv. Disp. 6. th. 14. & seqq. Ludvvel. d. tr. c. 13. pag.* 322. *& seqq.* Ubi non tantum latius de his sed diversimode tractant, sed & explicant simul *tit.* 56. 2. F. quæ omnia persequi ratio instituti mei non permittit: De regalibus in genere quædam addemus: Sunt autem ea jura Imperatori propria, à quo tamen quædam illorum ad alios modis legitimis pervenire possunt, add. *Bocer. de Regal. c.* 1. ex qua definitione patescit, quid de divisionibus Regalium in majora & minora, Majestatis & fisci habendum: Cæterum quantum ad materiam nostram, si Regalia in feudum cedi dicantur, notandum 1. Regalia in generali concessione non venire 2. F. 26. §. *pen. c. 4. x. de Offic. Legat. c. in generali de R. I. in 6. add. A. B. c.* 10. *ibiq. Rumel. part.* 1. *Dissert.* 8. *th.* 9. *lit. a. Vultej. c. 5. n. 7. Ludvv. d. c. pag.* 351. 2. Regalibus in genere concessis, venire ea tantum, quæ Doctores minora dicunt, *Zas. part.* 5. *n.* 13. *Finckelth. Disp.* 4. *th.* 22. ubi tamen tutiores erimus, si statuamus cum *Klock.* 1. *consil.* 29. *n.* 225. *& seq.* majore etiam concessa censeri posse, si scil. circumstantiæ, tenor cessionis, personæ qualitas, & observantia in loco & curia attenda requirere videatur. 3. Si in specie quædam regalia exprimantur, & clausula generalis subjiciatur, reliqua quæ concedi hactenus solita fuerunt, concessa præsumi, *Bocer. d. c.* 4 *n.* 8. 4. in omni concessione superioritatem Imperatoris exceptam esse, quem abdicare nequit, salva majestate sua *vid. d. Coll. publ. de Stat. Rei Rom. V. 2. Disp.* 11. *th.* 3. *lit.* C. Refertur inter regalia ab aliis Jurisdictio *vid. Anton. Disp. 3. th. 6. lit. a. Struv. d. Disp. th.* 16. *& seqq.* verum rectiùs negat *Mund. de muner. & honor. c. 2. n.* 150. nisi forsan per

consequentiam ita dicere velimus *argum. 2. F. 56. ibi: potestas constituendorum Magistratuum ad justitiam exercendam*, ceu & quotidie confunduntur vid. *Reink. d. tr. lib. 1. Class. 5. c. 3. n.* 18 poterit tamen & ea in feudum concedi *Anton. Vultej. Struv. Ludwel. dd. ll.* Sicut & jus patronatus *argum. c. 13. x. de jur. patron. vid. Matth. Stephani de jur. patron. part. 1. c. 39. n. 4.* & hodie præfectura Postarum ceu Comitibus de Taxis factam testatur *Hornick. de jur. post. concl.* 23. plura de objecto addere studio supersedeo, de quo *dd. Dd. vid.*

XXI.

Ut autem investitura legitimè facta dicatur, solennibus suis constare debet, per text. *in 2. F. 2. ibi solenniter fieri debet: & 32. ibi: sine hac solennitate facta non valet*, investitura scil. Quæ pro distinctione investiturarum distincta, alia enim est forma propriæ, alia abusivæ, alia iterum novæ, alia veteris investituræ. Bocerus *d. tr. c. 4. n. 3. & seqq.* Investituram solennem, seu propriam, quam ibi definit: Quod sit modus acquirendi realiter ipsum feudum, quando scil. Dominus investitor possessionem rei feudalis novo vasallo tradit 2. *F. 1. in fin & 2. in pr.* tribus substantialibus consistere dicit, quibus tamen in ejusdem *c. n.* 76. quartum addit: Primum ipsi est verbalis cessio feudi, ut si Dominus, vel ejus procurator ad hoc constitutus dicat: Ego te investio de hoc prædio vel jure, ut illud in feudū habeas, 2. *F. 2 in pr.* 2. Fidelitatis promissio, die Lehnpflicht / quæ proximè sequatur cessionem verbalem 2. *F. 3. §. ult. 4. & 7. §. ult.* ubi sibi opponuntur investitura & cessio verbalis. 3. Testatio, quæ vel testibus vel instrumentis fiat. 4. Possessionis traditio: Et licet fateri necesse habeamus, ceu & in aprico est, negotium hoc feudale ita celebrari solere, per tradita *Bocer. d. l.* ad formam tamen essentialem has quatuor partes æquè pertinere, magis est ut negemus. Quod enim primum substantiale attinet requisitum, cessionem scil. verbalem, illud non magis pertinet ad substantiam seu formam investituræ, quam cujusvis traditionis, quæ mentis testationem requirit, quæ communiter per sermonem fieri consvevit, sive per se sive per procuratorem, omninò ergo separandus, modus agendi ab ipso actu: Secundum quidem plerunque in actu investituræ intervenire solet, pertinet tamen magis ad substantiam feudi, quam ipsius investituræ, 2. *F. 3. 4. 5. Reus. Disp. F. 5.* disertè etiam separatur ab investitura in

2. F. 3.

2.F.3.*in fin.* ibi: *nullam investituram fieri debere ei, qui fidelitatem facere recusat*: Investitura tum fieri solet, cum feudum jamdum sub conditione fidei promissum vel constitutum, eaq; acquiritur per supra dicta. Illud saltem addimus fidelitatem hanc non semper juramento interveniente præstari, sed illud quandoque per pactum remitti, *Lim. in addit, ad lib.8.c.3.l.P.n.*10. Quoad verò partes duas posteriores consensum accommodamus Bocero, ita ut in his duabus, cessione scil. seu ipsa traditione possessionis & adhibitione testationis forma substantialis investituræ posita sit: De cessione hactenus satis: Jam de adhibitione testationis, quam de sollenitate seu forma essentiali investituræ esse, abundè probat textus allegati in 2. F. 2.*in pr.*& 32.*in pr.* ut sine hac, investitura facta nō valeat, ceu habetur in *d.tit.*32.& nō solius probationis, sed & solennitatis causa adhiberi patet ex aliis præter hos etiā textibus, quibus nō purę probationes, sed talis, quæ fieri debeat solenniter & per pares, mentionē faciunt, quales sunt in 1.F.2.3.4.§.3. *& tit.*5.*Goth. Anton.d.Disp.*4.*th.*6.*lit.*C. Ex quibus illud insuper elicitur, testationem hanc fieri debere vel testibus, vel instrumento publico (quod & breve testatum ibi dicitur) alternativè, utpote, in quibus omnibus pares curiæ sine ullo medio opponuntur brevi testato, vid *Carpz. Disp* 6.*th.*8 *Bocer.d.c.*4. *n.*51. *Ludwel.d.tr.c.*8.*pag.* 175. De utraque testationis specie notabilia in seqq. pro ratione temporis adjiciemus.

XXII.

Et primò quidem de qualitate testium, qui ut idonei admittantur, requiritur 1. ut sint homines liberi non servi, per text. *in* 2. *F.* 58. §.1.*vers. alioqui.* ibi *liberos tantum*, rationem addit hanc *Carpz. d. Disp, th.*9. quod civile negocium, quale hoc liberos tantùm requirat, & servos pro nullis habeat *l.*32 *ff. de R.I.* 2. Mares non fœminæ 2.F. 32.§.*ult.* rationem reddit *Alvaroti.* fragilitatem vel levitatem mulierum *argum.l.*20.§.6.*ff.qui test.fac.poss.* Sed rectè refutatur *à Ludw.pag.* 174.*ubi vid.* 3. Pares curiæ vel convasalli per *textus in th præced alleg.* rationē pariū feudista eam recenset, *in* 2.F.58 §.*it. sciendum v. idcirco*, ne quid excogitetur falsitatis in perniciem Domini testibus aliis forsan adductis & corruptis vel odio, vel pecunia, quæ suspicanda in paribus non sit ob juramenti religionem ab ipsis præstiti: Sunt a. pares adeo de solennitate investituræ, ut licet alii adfuerint etiam

 mille-

mille testes, tamen non valeat actus propter defectum solennitatis seu formæ substantialis desideratum in placitis feudorum 2. F. 2. & 32. junct. l. 9. §. 3. in fin. ff. ad exhib. Vult. d. c. 7. n. 8. Imò licet Dominus ipse confiteatur, factam esse investituram, non tamen confirmabitur, ut habet *d. text. in tit 32. Vultej. d. c. n. 25. § Adeo verò*. Renunciare enim formæ essentiali alicujus actus in arbitrio privatorum positum non est *l. 38 ff de pact.* sicq. obtinet reg. Quod initio vitiosum est, tractu temporis non convalescit *l. 29. ff. de R. I.* Q. hic an ergo investitura subsistat, si errore quodam communi adhibiti sint testes extranei in actu investituræ. Negant id *Carpz. d. Disp. th. 12. Hunn. Disp. Feud. 8 th. 21. argum. 1 F. 2, §. 1. & tit. 3. it. 2. F. 32.* Affirmant econtra *Schrad. de feud. part. 5. c. 3. n. 11. vers. octava hoc fallit. Bacer. d. c. 4. n. 66. arg. l. 20 §. 7. ff. Qui test. fac poss. § . testes autẽ I. de Testam. ordin. l. Barbarius ff. de Off. præf. Prat. add. Præpos. in tit. 32. lib. 2. F. ibiq. Alvarot. & in tit. 19. 2. F.* hisceq; calculum nostrum adjicimus. Sunt autem pares curiæ (qui aliâs etiam pares curtis 1. F. 4. §. 3. simpliciter pares 1. F. 26. §. *testes*. 2. F. 31. pares domus 1. F. 11. & 2. F. 16. compares 2. F. 54. pares de domo ipsius Domini 1. F. 26. §. *si quis se* dicuntur) convasalli seu vasalli plures in eodem ejusdem Domini territorio seu ditione, quæ specialem habet titulum, & ad unius justam administrationem respicit, ab eodem illo Domino feudi habentes *Sonsb. part. 2. n. 2. & 4. Vultej. d. c. 7. n. 24.* de quibus *Mynsing. cent 4. Obs. 84. in fin.* ita scribit: *Cum Princeps multa habet territoria, sunt in unaquaq; ditione beneficiarii seu vasalli, rectè quidem dici illos omnes ejus Principis vasallos, verum non omnes esse pares curiæ, sed solum hos qui in territorio feudi litigiosi beneficium habent*, sicq; accipiendum esse *c. 1. si de invest. int. Dom. & gloss. in c. 1. §. in causis, in fin. de pace constant. idem Wesenb. c. 17. n. 3. & consil. 41. n. 52.* Excluduntur ergo hic illi, qui quidem ejusdem Domini vasalli sunt, non tamen in eodem territorio feuda possident per modo dicta: Pares autem exinde dicti non sunt, quasi pares sint Domino, sed inter se respectu ejusdem curiæ, neque interest, hi inter se dignitate differant, conveniunt tamen in eo, ut eorum res feudales unius Domini territorio, curiæ & domui domicali subsint *Vultej. d. c. n. 25.* æqualiq; jure feuda à Domino in eadem curia obtineant: Et hæc quæ diximus, regulariter obtinere satis probatum ivimus *ex dd. textibus*, si scil. adsint tales: Quid verò si tempore investitionis vel actus investituræ longè absint Feudistæ

inter

inter se discrepant, num reditus eorum expectandus, an verò extranei probatæ fidei testes admittendi: Et illud quidem velle videtur textus *in 2.F.33.vers.nec dicatur*: Hoc textus *in 1.F.26. in pr.vers. testes*: Circa quæ variæ sentiunt interpretes *Hottom.in Disp.de Feud.c.23. ad dd.titulos 26. & 33.* antinomiam statuit: *Baro à Tautenberg*, verbum abfuerint in *d.t.26.* interpretatur pro non fuerint *id. sentit Sonsb. part. 9.n. 16. Borcholt.c.7. num. 26. post Alvarott. & praepos. tit. 26.* intelligit si remotissimè absint vasalli, vel ita negociis obstricti, ut facilè citari nequeant. Cujacius ut concordet *dd. textus* pro more corrigit textum & pro valere legit non valere. *Vultej.d.c.7.n.27.d.t.26.* intelligit de casu, ubi pares venire nequeunt: *Bocer. d.c.4 n. 56. §. quamvis d.t. 26.* differere dicit potissimum de probatione, non verò de solennitate adhibitionis testiũ parium de quo *tit.33.* Verum prçter id, quod ipse textus in 1.F.26. §.*testes*, aliud velle videatur ℞. non tantum de probatione, sed & solennitate investituræ textus feudales semper loqui, ubi partũ mentionẽ faciunt, ceu & ipse Bocerus postea *in eod. §.alio.* inclinare videtur & loqui de casu planè deficientiũ partũ putat, de quo quidem nullum dubium superesse facit ipsa ratio, dictitans in defectum parium alios assumendos, ne probatione deficiat investituræ actus, de quo textus expressus *in 2. F.33. pr. vers. quod autem & 58. §. 1. vid. Vultej.d.c.n.30. Schneidew. part. 4. n.15. vers.tertio*, vel quod idem si habent pares, sed insidoneos *Schrad. c.2.n.9.vers.4.* Magis ergo erit, ut faciamus cum iis, qui statuunt, in casu absentiæ idem ac defectus, si scil. eorum copia haberi nequeat; vel quod longè absint, vel quod per impedimenta adesse & comparere nequeant, extraneos assumendos esse, ne investitura testibus & probatione deficiat, sicq; sumendus textus *in 1.F.26.§.testes*: Quod si v. in propinquo sint, ita ut negociis adeò non obstricti, eorum copia brevi haberi possit citandos & expectandos *per d. tit. 33. Vultej. Baro. Schrad. dd. ll.* Quod si vocati venire nolint, & Dominus alios habeat, hos vocabit, quibus etiam emanentibus, extraneos adhiberi necessitas jubet *Vultej.d.c.n.29.* post alios à se allegatos, ne mora alterius alteri noceat, & sic alteri per alterum conditio iniqua inferatur, quod contra leges. Quamdiu a. expectandi sint citati, jure definitum non est; ergo arbitrio judicis relinquimus *arg. l. [illegible] dist. Ludov. d.c.8.p. 7. Vultej. d.l.* per vulgatum, quod jure definitum non est, nec in unius

versum definiri potest, judicis arbitrio æstimandum relinquimus, *l.5. de Testam. l. 15. ff. de impens. in res dotal. fact. Menoch. de arbitr. judic. quæst. in proœm. lib. 1. n. 3. & seqq.* Q. hic ânnon cogi possint pares per Dominum feudi mulcta indicta, pœnaliq; judicio ad comparendum si possint. Negat *Schrad. part. 5. c. 2. n. 11. §. quinto. Sansb. d. tr. part. 9. n. 18. argum. l. 22. §. ult. ff. de fideicom. libert.* Affirmant *Baro ad 2. F. 2. in pr. & n. 2. Vultej. d. n. 29. in fin. Ludvv. d. c. pag. 177.* quam & nos veriorem putamus 1. quia de forma essentiali est adhibere pares. d. t. 2. per rationem in 1. F. 26. §. *testes. & 2. F. 58. §. idcirco pares.* 3. quia vasallus jure obligatus est ad fidelitatem præstandam 2. F. 4. *& seqq.* cujus non exigua pars est perhibere testimonium Domino, ad quod obligatus cogi potest, ut præstet, quod debet §. 1. *I. de oblig. Nec obst. l. 22. §. ult. & l. 10. §. ult. ff. qui test. facer. poss.* accuratius n. inspectæ affirmativæ assistunt. Si Dominus planè nullos habeat vasallos, extraneos assumere sine dubio coactus est, si verò unum duntaxat habeat, vasallum in curte sua, ille omninò assumendus, & ei adjungendus extraneus, unus enim testis non sufficit *d. t.* qui in plurali loquitur: ubi tamen consultius aget Dominus, si vasallum ex alio suo territorio, si quem habet, assumat *Vultej. d. c. n. 28. argum. d. vers. idcirco*: Cæterum cum in omnibus fere actibus, ubi lege speciali aliud cautum non reperitur, duo vel tres testes sufficiunt ad eos probandos & hic sufficere docet textus *in 2. F. 2. in pr. Carpz. d. Disp. th. 18.* Quid verò de Clericorum investitura nova, an in eo etiam pares curiæ requiruntur? Ubi iterum duo tituli inter se collidere videntur & titulus quidem 26. *in pr. vers. Clericorum* negat. Ita enim Feudista ibi: *In Clericorum feudis pariter accipiantur pares & extranei.* affirmat econtra textus *in 2. F. 32.* ibi: *sive Clericus sive Laicus sit Dominus ad probandam Investituram semper pares curiæ sunt necessarii, & si sine iis facta sit investitura, etiamsi Dominus factam confiteatur tamen si sine hac solennitate facta est, non valet*: Cui contrarietati obveniendæ aliter laborat *Bocerus d. c. 4. n. 64. Carpz. d. Disp. th. 13. Reusn. Disp. 5. th. 33.* aliter *Hottom. in d. tr. c. 32.* aliter *Schoner. in Disp. Feud. 5. th. 102.* qui ita conciliat, ut Clericus pares curiæ adhibere necesse habeat, si investituram novam faciat, de quo textus *in 2. F. 32.* ibi: *de probanda nova investitura*, secus si veterem ubi pariter & pares & extraneos admittit textus *in 1. F. 26.* quæ conciliatio cum aliquatenus ex ipso textu desumpta videatur *tit. scil. 32.* probabilior & verisimilior vi-

lior videri posset, cui tamen ipse *d.tit.26.* obstare videtur, quem iidem de nova loqui probabile est; Et quod in omni feudo veteri extranei admittantur, ut infra, sicq; speciale quid in feudo Ecclesiæ non obtineret.

XXIII.

Altera species testificationis investituralis nobis est Instrumentũ publicũ. Quod vocabulũ si ab instruendo sumimus ut aliâs sumitur, tam laté patet, ut & testes sub se comprehendat *l.1.ff.de fid. instr. l.12.C.de pign.l.99.§.2.ff.de V.S.* adeò scil. ut & Statutũ de instrumentis loquens de testibus intelligi possit, si scil. eadem subsit ratio *per dd. ll.* Hic verò ut ex ordine thesium patet, pro scriptura (literis scil. seu documentis literariis *ut & in l. ult. ff. de fid.instr.ult. C. de probat. dicitur*) & quidem exclusa privata, publica sumimus, quæ applicatione facta ad materiam nostram, describi potest: Quod sit scriptura publica, continens investituræ negocium, testium subscriptione munita, quod instrumentum publicum dicitur 2. F. 2. breve testatum 2.F.2.§.1. *tit.*3. 4 2. F. 32. Cum a. brevis, breves, breve seu breviculum, quæ pro chartulis seu libellis brevibus sumuntur, per se fidem non faciunt, ceu docet *Cujac.in l. inter chartulas C.de conveniend.fisc.debit.lib.10.& Instrumentum l.exemplo C.de probat. l. 1. C. de excusat. artif.it. lib.5.Obs.c.25. in fin.* merito huic brevi in jure feudali adjectum reperitur testatum, nempe ad innuendum, in actu investituræ breve hoc ejusmodi esse debere, quod ad probandum sufficeret, quod tale est, si testes adhibiti fuerint 2. F. 2. & 32. Licet verò scriptura de solennitate seu substantia investituræ non sit, quod latiùs probat, *Rosenth. d.tr.c.6.concl.* 4. ad hoc scil. ut tum demum actus investituræ perfectus sit, si in scripturam relatus, ceu & in nullo actu tam inter vivos, quam mortis causa scriptura de necessitate est, nisi in iis, quorum substantia vertitur in scriptura, quiq; sine hac fieri nequeunt, vel nisi specialiter hoc actum sit, ceu est in *l.17. C. de fid. instrum.* sed tantum pro faciliore probatione de utilitate *argum.l.4.ff.de pignor.* Consultius tamen esse jam patet ad probandum scil. actum investituræ, ne ulli fiat fraus, qui interesse in eo habet, ut nullus ejusmodi actus fiat sine scriptura, quod & hodie ex generali consuetudine observari, docet *Vultej. dd. ll.* in qua scriptura res feudales ipsæ, earumq; confines & pacta inter Dominum & vasallum inita referantur.

Wes.d.tr.c.8.Schrad.part. 4.*n.* 29. diciturq; vulgo Ein Lehnbrieff *Rosenth.d.l.* hinc illud vulgatū sæpe allegatū, quod tenor investituræ inspiciēdus & accuratè attendendus, qui nihil aliud quam talis scriptura, Per investituram n. ibi metonymicè scriptura pro instrumento investituræ sumitur, sicut autem Dominus vasallo dictam scripturam dare solet, ita econtra vasallus Domino petenti antapocham ceu reversale exhibere necesse habet, quod vulgo Ein Lehnsrevers dicitur, *Rosenth. d.c.6.concl.67.lit.E. Schneidw. d. l. n.*117. *Vultej. d.c. n.* 56. Breve autem nostrum testatum, ut pro legitimo habeatur, publicum sit necesse est, cujus quinque genera à *Wesenb. in tit. instrum. n.*2. proponuntur: primum est si Tabellionis vel Notarii publici manu sit conscriptum, *Nov.* 44.*c.*1. requisitis tamen requirendis, ut scil. adhibeantur testes ad minimum duo & formalia quæ habentur *in Nov.*73.*c.*1. *&* 2. *quæ comment. ad ff.* docent, cæterum nihil interest, sive in judicio, sive extra illud fiat *l. gesta C. de re judic.* Vel si consuetudo loci patiatur, à jurato civitatis scriba, qui authoritatem tabellionis habet, uti in Ducatu Würtenbergico observari docet *Bocer.d.c.* 4.*n.*69. *§.cæterum. Sichard. in C. l.*5. *C. de probat.* 2. est quod sigillo publico signatum *c.*2.*x.de fid. instrum. c.*7.*x. de appell. c. sacrum.*12. *Q.*2.*vid. Hopping. de jur sigill c.*11.*§.*11.*concl.* 8. 3. Sunt omnes scripturæ, quæ publicantur authoritate Magistratus *l. pupertati C. de Testib.* 4. Scriptura quæ extrahitur ex archivo publico *l. in fraudem §. quoties ff. de jur. Fisc. auth. ad hæc. C. eod.* vel quæ apud acta publica facta *L.*1.*§.*2.*C. de his qua ad Eccles. confug.* 5. Scriptura privata habens subscriptionem scribentis & testium quæ respectu scil. effectus publica dicitur, quia fidem facit in judicio *l.*11.*C. Qui pot. in pign. hab. c.*2.*x. eod. l contractus. C. eod. Wesenb. d.l.* Hujus ultimæ speciei jura nostra feudalia plerunq; mentionem faciunt, ut in 2.*F.*2.*in pr. vers. si enim Domino &* 32.*§.Sed si alii.* Quod autem breve hoc testatum testes requirat, jam patet; De qualitate autem testium horum controvertitur inter Doctores, an scil. pares, ad imitationem testificationis per testes faciendæ, an extranei sufficiant. Oberrus & Gerardus contrarii Mediolanensibus, quibus etiam extranei sufficiunt, pares requirunt, uti videre est in 2.*F.*2 32.*vers sed & alii.* Ad quam contrarietatem conciliandā Dd. variè sudant. vid. *Bocer. d l. n* 73. *Vultej. d. c. n.* 59. Cujacius *in* 2.*F.*32. pares subtili jure necessarias esse dicit. Mediolanensium

lanensium verò opinionem æquiorem esse, & voluntati contrahentium convenientiorem; Cum verò hic non de subtilitate pares requirantur, quæ à judicibus rarò admittitur, *l. sicut. §. si debitor. ff. quib. mod. pign. amitt.* sed solennitate tanquam forma essentiali agitur, à qua non facilè receditur, conciliatio hæc ab aliis reprobatur, melioróq; videtur & mihi Boceri opinio, pares scil. requiri si adsint, si absint & extraneos admittēdos per ea quæ th. præced. dicta, excepta tamen speciali Mediolanensium quoad hoc consuetudine, quæ semper extraneos admittit, ceu & in multis aliis à jure communi feudorum recedit *argum.* 1. *F.* 1. *vers. notandum autem,* 13. *§. Mediolanenses verò. &* 27. *§ ult.* 2. *F.* 32. *§. fin.* 34. *in pr.* 37. 39. *§. pen.* 40. *pr.* de qua quæstione de jure feudali ita dubitari & decidi potest, à quo cum consuetudine speciali in Germaniæ plerisque locis, recessum sit, qua non præsentia & per consequens subscriptio necessaria non est, sed sufficit breve testatum sigillo Domini munitum, quæstio hæc supervacua videtur *Vultej. d. c. n.* 59. *§. sed hæc quæstio*, sicq; hodie non tam testes, quam scriptura de solennitate esse videtur *Schneidvv. part.* 4. *n.* 29. modo hæc à Domino feudi subscribatur & subsigilletur, quod plerunque sigillis majoribus fieri testatur *Vultej. d. l.* Cui subscriptioni & subsigillationi Principis secundum locorum consuetudinem plerunque accedere soleat subscriptio locum tenentis seu Cancellarii *Vultej. d. l.* Sic in Brandenburgica & Anhaltina curia observari docet *Reusn. Disp.* 5 *th.* 39. In Saxonica Aula Consiliarii etiam reliqui subscribunt, in nostra Darmstatina Princeps & Cancellarius, sicq; uniuscujusque curiæ consuetudo attendenda erit: Quod si plures sint Domini ex illis plerunque unus senior scil. investituram celebrat, subscribit & sigillat *Vultej. d. n. vers. quoniam.* Daß derselbe als der Eltste des Stams / die Lehnische Hand habe / oder trage / itaque usu quotidiano servari testatur ibid. Confectum ita instrumentum seu breve testatum veritatis pro se habet præsumptionem, ut contrarium asserens probare teneatur per *text. in* 2. *F.* 58. *§. si instrumentum ibiq; Dd.* quod Domino petenti vasallus tanquam instrumētum publicum edere tenetur *Rosenth. d. c.* 6 *conclus.* 59. *& seq. Borch c.* 8. *n.* 117. *arg. l.* 7 *C. de edend. l.* 45. *§.* 1 *ff. eod. l.* 5. *famil. hercisc. l. pupillus. § ult. de V. S. ibiq; Dd.*

XXIV.

Formam externam vel accidentalem investituræ Doctores communiter in pactis & conventionibus, quæ adjici solent, constituunt, quod scil. investitura fieri soleat, vel purè vel in diem, vel sub conditione 1.F.2.3. 2.F.35. *Carpz. Disp. Feud. 6.th.33. & seq. Rosenth. d.c.6. concl.27.* licet alii aliter efferent per verba, conveniunt tamen re: Sic *Vultejus d.c.7.n.43. §.atq; hæc & n.seq.* formã accidentalẽ ponit in qualitatibus investiturę, quas vel habet ex consuetudine generali vel ex cõventione, quę spectetur vel in modo vel accessoriis, modus ex consuetudine generali ipsi est, quod vel purè vel in diem vel sub conditione fieri possit: In hypothesi si ita constituatur, dicit ex convẽtione esse, quam Dominus investiens pro arbitrio plerunq; apponat. Bocerus *c.5.in pr.* duo membra hujus formæ accidentalis facit, quorum primum ipsi idem ac Vultejo qualitas ex consuetudine generali, alterum ponit in pactis: Verum quibuscunque verbis melioris methodi & doctrinæ ergo forma hæc distinguatur, recidit tamẽ semper in id quod investitura fieri possit & fiat sub conditione, in diem & purè, idque per pacta, Ex consuetudine enim generali apta est ejus natura ad ea pacta recipienda, per conventionem in hypothesi fit applicatio ipsa & exercitium: Posse autem ita investituram fieri probamus cum Dd. *ex* 1.F.2.3.2.F.35. *add. Vultej. d. l. Anton. Disp.4. th.* 7. Et quin pure rectè fiat, atque ex ea protinus feudum acquisitum sit, dubium nullum superest, modò paria sint cætera, cum conditio omnis in hypothesi non nisi ex conventione apponatur; Est a. investitura pura, investitura, qua Dominus vasallo simpliciter & purè nullo die vel conditione adjecta feudũ cedit v.c. si dicat Dominus, Ego te investio de hoc prędio, vel castro, ut in feudũ habeas, cujus effectus est, ut statim utile dominiũ in vasallum ita investitũ transeat ceu de his inf. investitura in diẽ fit tum, quãdo per investiturã vasallo feudũ conceditur usq; ad certum tempus vel ex certo tempore, ante cujus adventum nihil ad vasallum transit, ea verò adveniente ad possessionem agere posse vasallum dicit *Carpz. d. Disp th.35. argum. scil. à contrario sumpt. ex § 2. l de V.O. l. 213. de V.S. Anthon. d. th. lit. c. & argum. cor. qua Magnif. Dn.* Schütz *Exercit.* 14. de hac materia habet: Datur autem ad certum tempus feudum dupliciter per investituram tacitè & expresè. Tacitè si natura feudi id

exigat, quale est feudum Gastaldiæ, quod ob procurationem vel administrationem domus datur, Guardiæ quod ob custodiam domus conceditur, & feudum, quod pro mercede, id est, pecunia datur, quæ respondet annuis reditibus textus *in* 1.*F*.2.*&* 11. Expressè conceditur feudum ad certum tempus, quando nominatim id actum & certum tempus expressum est, ad quod beneficio isto vasallus uti potest *d.tit*.2. *ibi in fin.pr. nisi ad certum tempus datum fuerit*. Ex certo tempore investitura fit, quando id agitur ut ex certo tempore vel die feudum debeatur *argum.l.*213. *de V.S.l.*34.*de hered.petit*.sicq; facta investitura traditio non videtur facta antequam dies venerit argum.*l*.38.§.*inter in cer incertam & l.* 137. §. *cum ita vers. nam & quod.ff. de V.O.l.*70. *de solut*. An autem vasallo invito ante diem traditio fieri possit. Q Negat *Bocer.d.c.*5.*n.*11.§.*negans*. Sed affirmativam communiorem dicit ipse, & in praxi ab ea non recedendum, affirmamus & nos per ea quæ sæpe laudatus *Magnif. Dn. Cancell.* Schüß *in Exercit.*14.*th.*9.*docet*, cum limitatione tamen, nisi dies adjectus sit in favorem vasalli, quæ cum expressè non habeantur in textu feudali procedimus arg. desumpto ex materia solutionis quæ fieri invito creditore ante diem potest, de qua *Quæst.Magn.* Schüß *d.l.*Sub conditione fit investitura, quando feudū conceditur in eventū incertum, cum quid factum, aut non factum fuerit, quæ conditio expectanda, ita ut ea non existente vel impleta nihil juris ipsi vasallo in feudo cōpetat.*arg.*§ 4.*I.de V.O.l.*120.*ff.eod.*actū n.sua natura suspendit, sicut conditio futurum respicit, illa enim conditio, quæ in præsens vel in præteritum tempus concepta est, propriè conditio non est *l.*39.*de reb.cred.l.*3.§.13.*de bon.libert. l.* 120. *de V. O. l.* 10 §.1. *de condit. instit.* aut enim statim infirmat obligationem aut non differt §. 6. *I. de V.O.* Ut autem conditio aliquem sortiatur effectum civilem requiritur ut sit honesta & possibilis aliâs nulla erit investitura *argum. l.*31.*de Oblig.& act.* §.*impossibilis & pen.I. de inut. stipul. Anton. d.th.*7.*lit.E. Vultej. d.c.*7 *n.*62. Est enim conditio duplex, possibilis & impossibilis. Possibilis est, quæ existere potest, lege & natura permittente, *Paul.lib.*3.*sentent.lib.* 4 Estq; hæc triplex potestativa, casualis & mixta *vid.l.unic.*§.*fin.autem aliquid.C.de caduc.toll.l.ult C. de necess. serv. hered.instit.*ibiq; definitiones harum conditionum. Sub ejusmodi ergo aliqua conditionum specie possibili, si facta sit investitura feudum

tum debetur, si conditio existat, ex eventu enim æstimatur, cum tantum sit spes ex conditione, §.4.*f.de V O.& l.1.2.& tot.tit. C. de In-stit subst. & restit.sub condit fact add. l.213.de V S.* Conditio impossibilis est vel natura, vel lege talis, illius exempla plura habentur in ll. *ut inl.35.pr.& §.1.l.137.§. cum quu ff. de V S.l 15.ff de condit.instit.* Hujus conditionis impossibilis lege quæ scil.est cōtra bonos mores exēpla sunt in *l.35 §.1.de V. O l.123.eod.add.l.5.C de LL.l.7.§ ait.prætor & §.generaliter,l 27.§ pacta quæ turpem,l.jus publicum ff. de pact.* Sub tali ergo conditionum impossibilium specie una facta investitura vitiatur. *l.31.de O.& A l.7.de V O.§.impossibilis 1 de inutil stipul. Vultej.d.l n.62. Rosenth.d c.6.concl* 39.licet secus se habeat in voluntatibus secundum tradita *Magnif.Dn.* Schützen *Exerc.9 th* 8. Talis etiam inutilis investitura est, quæ fit de feudo vasalli adhuc viventis, si purè fiat per textum in 1.F.9 & 2.F.35. quæ nec tum convalescet, si postmodum vasallus possessor sine legitimis feudi successoribus moriatur *Borch. ad consuet feud.part.1.c.7.n.24.* Pistor. *lib.2.Quæst.jur.25.n.13.& 14 per l.quod initio 29.de R.J.l.98.§.8.de solut.* nulla etiam alias esset differentiæ inter puram & conditionalem talem investituram, quæ tamen accuratè distinguntur *in d.t.9.& 35.* facit & ipsa definitio investituræ puræ, quæ vult, ut statim res feudalis in vasallum translata sit, quod in hac impossibile, nisi tamen consentiat vasallus possessor per text. *in 1 F.27.§.si quis investierit.& 12.§.1.si quis fecerit. 2.F.35.§.ubi verò*, in quibus textibus semper fit mentio consensus vasalli possidentis, quibus *add.l.ult. C.de pact.* Diss. Mediolanenses & Cremonienses *in d.t.27.* reprobata tamen est eorum opinio *in d.§.si quis per tradita Feudistarum*, quod in jure feudali opinio vitiosa posteriori loco regulariter posita sit. *Pistor.d.l.2.Quæst 25.n.30.Q.1.32.n.2.&Quæst. 34.n.24.add.tit.22.§ si quis fecerit lib.1.feud.* ubi simpliciter dicitur, sine consensu ejus, cujus est beneficium, non rectè fieri investituram de ipsius feudo, meritò ergo retinetur negativa, quæ & usu comprobata *argum.l.23.37.& 38 ff.de LL.*

XXV.

Non solùm enim in re allodiali, sed & jam feudali ab alio possessa promittitur feudum, quod vulgò Expectativa Germ. Ein Expectanz Lehns Expectanz/ Angefall Anwarschaft/ Anwartung eines vnverledigten Lehns dicitur, quando nempe de feudo vasalli

adhuc

adhuc viventis sub conditione mortis vasalli adhuc viventis, absq; legitimis successoribus decedentis aliquis investitur, & describitur à Struvio *Diss.* 7. *Feud. th.* 4. Jus succedendi in feudum, à Domino sub conditione, si ad ipsum redierit, etiam sine consensu vasalli possidentis, promissum 2.*F.* 26. §. 2. *&* 2. *F.* 35. *v. ubi. it.* 1 *F.* 3 dicituró; aliâs investitura de successionis caducitate, vel in casum mortis; Ut proinde melius & fortè rectius promissio de investiendo, quam investitura dicatur *argum. d. t.* 26. §. 2 ubi conditionalis tantum concessio dicitur. tum quod pares curiæ hic non requirantur, ut in investitura, sed sufficiant literæ magno sigillo Principis roboratæ, vulgò Angefälsverschreibung / *Rosenth. c.* 6. *concl.* 6. *n.* 4. & latè *Petr. Heig. Quæst.* 3. tum etiam quod solennem investituram conditione demum existente petere debeat is cui promissa expectativa, quod etiam plerunque literis expectativæ inseri solere testatur *Hartm. Pistor part.* 2. *Quæst.* 50 *n.* 6. *Struv d. l.* Valere autem talem concessionem conditionalem vel expectativam probant supra allegati textus, quibus accedit ratio, quod Dominus in eum casum disponat, quo res amplius vasalli futura non est, sicq; de jure suo *Pistor. d. part.* *Q.* 25. *n.* 5. *& seqq.* Non obstante ita *l. fin. C. de pact. & c.* 2. *x. de concess prebend c.* 2. 3. *eod. in* 6. Quod si tamen Domino alio modo, quam morte vasalli ob non petitam investiturã scil. vel feloniam commissam feudum aperiatur. Q. an nihilominus debeatur? Quod negatur communiter, si in casum mortis concepta fuerit ex ea ratione, quod conditio specificè adimpleri debeat. Et ita Scabinos Lipsienses respondisse testatur & refert *Carpz. in l. F. S. p.* 2. *Const* 45 *Defin* 3. Non tamẽ videtur improbabiliter posse contrarium defendi, quod scil. delictum alterius alteri nocere non debeat & jus quæsitũ auferre *l.* 11. *ff de Reg Iur l* 22. *C. de pœn.* Non obst. *l.* 55 *ff. de Condit. & Demostr.* non n. per vasallum stat, quo minus conditio impleatur, de quo casu *d. l.* loquitur *Vultej. lib.* 1 *Feud. c.* 7. *n* 71 §. *Etsi verò. Struv. d. Diss. th.* 5. (qui tamen imprudẽter ibi corrigit Vultejum, quod obiter noto, quem licet cum ipso sentiat, dissentire putat, forsan ex eo, quod d. §. *etsi verò*, non perlegerit) Cæterum rectè etiam talis expectativa concedi potest, licet vasallus possidens liberos habeat 2. *F.* 35. *Diss. Matth. de Afflict. in Comm. ad* 1. *F.* 27. vel etiam dissentiat 1. *F.* 27. 2. *F.* 28. §. 2. *Gail.* 2. *Obs.* 155. Ut autem talis concessio effectum sortiatur, requiritur ut

sub

sub conditione fiat, Si scil. feudum revertatur ad dominium, purè enim facta non valet 1.F.9.2.F.35. nisi mens promittentis & acceptantis appareat in futurum casum concepta *argum.* 2. F. 26. §. 2. & quidem nihil interest certum feudum exprimatur, vel in genere promittatur, quod primum ad Dominum redierit; Ita *Limn. in lib.* 2. *I. P. c* 10. *n.* 19 refert Domum Brandenburgicam habere Expectanz vnd Anwartung auff alle dem Reich entledigten vnd heimfallenden Lehnstück / quod tamen ipse postmodum in *Annot. ad Capitul. pag.* 285. corrigit, restringendumq; esse monet ad Ducatum Pomeraniæ, Megapolitanum, Holsatiæ, Brunsvicensem, Lunæburgensem, & Principatum Anhaltinum: Magis huc quadrat, quod refert *Besold. in Thes. pract. voc* Reichslehn / ibi: des Stiffs Trier hat eine Kayserliche privilegium, daß alle in solchem Stifft eröffnete Reichslehen selbigem zufallen sollen. Tale etiam privilegium habet die Pfaltz. Similiter & ipsa conditio vel in genere concipitur, si redierit quovis modo, vel in specie si sine liberis feudalibus decedat, modo ut supra dictum sub conditione fiat, qua existente Dominus ex hac promissione vasallo obstrictus est, ut feudum illi, cui promisit, tradat, & si implere recuset, datur vasallo actio personalis, & oritur jus ad rem ad consequendum jus in re *Carpz.* 2. *Const.* 45. *def.* 1. *n.* 6. & quidem si facultatem tradendi habeat, præcisè tradere tenetur juxta ea quæ supra *th.* 5. *circ. fin.* diximus, add. *Hartm. Pistor. d. p.* 2. *q.* 25. *n.* 22. *Diss. Carpz. d. p.* 2 C. 45. *def.* 2. Quod si pluribus expectativa concessa, præfertur is, cui primo promissum; Si pluribus incerta expectativa concessa prior tempore alios præcedit *add. Struv. d. Diss. th.* 7. ibiq; an Dominus reliquis teneatur ad interesse? Quod aff. *arg.* 2. F. 7. §. 1. limitatur tamen ex 2. F. 8. *in pr.* & si addiderit Dominus clausulam salvis juribus alienis *Pistor. d. p.* 2. *Q.* 29. *n.* 3. Interea autem, si mortuo vasallo, alter qui prætendit jus successionis in feudo, possessionem adeptus sit, Dominus cedendo actionem liberatur, nec tenetur propriis sumptibus litem agere, promissio enim facta est in casum caducitatis feudi, quod præjudicio firmat *Berlich. p.* 2. C. 54. *n* 51. *Pistor. d. q.* 25. *n.* 25, *Carpz. d. def.* 2. *n ult.* Q. autem hic an hæc concessio conditionalis statim evanescat, si vasallo possessori postea liberi procreentur? quod ex tenore investituræ decidendum docet *Vultej. d. c.* 7 *n.* 69. ubi vid. It. an conditio exti-

tisse dicatur, si vasallus quidem sine liberis decedat, relinquat tamen uxorem prægnantem? quod videtur quidem, verum cum receptum, quod ille, qui in utero pro nato habeatur, si de ejus commodo agitur, omninò expectandum remur, usque dum fœmina pepererit. & videndum, an partus capax sit vel non, sicq; tempus partus & mortis vasalli conjungendum & fingendum, quasi tempus intermedium in rerum natura nō fuisset *Vultej.d.l.n.7.* Cum verò Dominus ita conditionaliter promittens, non solùm illi cui promisit, sed & heredibus ejus, si forte ipse ante moriatur, quam vasallus possessor, ad promissionem adimplendam teneatur, distinctione ab alio limitatum videtur, ita scil. ut si conditionalis hæc concessio per legatum vel aliam ultimam voluntatem relicta sit, ad heredes non transeat, si nempe is prior defunctus sit, cui promissio facta *argum. l.1.§.cum autem C.de Caduc.toll.l.4.& 21.ff. quand. dies legat.* secus si conventione facta sit 1. F. 9. Verum cum Doctores tradant, quod si conditio ex ipsa rei legatæ conditione & natura proveniat, aut ita comparata sit, ut legatum sine ea non possit valere, suspendatur quidem obligatio, non tamen impediatur legati transmissio *Fr. de Barry oper. de success.testat. & intest.lib.20.tit.3.n.11.& seq.* It. quod fiat transmissio, si ex conjecturis colligatur testatorem voluisse *Barry d. l. n. 10. & 14.* Et verò feudum vivente possessore alia ratione legari nequeat, quam sub conditione, si aperiatur, sicq; legans qui purè relinquere non potuit, videatur solum propter naturam rei ligatæ conditionem adjecisse, adeoq; talem expectativam legatam omninò etiam ad heredes transire verius, licet feudum eo, cui promissum, vivo apertum non sit *Struv. d. Diss. th.* 8. Successores Domini promittentis quod attinet, tenentur & illi ratam habere talem concessionem, & expectativam concessam servare, sub distinctione tamen, quæ habetur in 1.F.3.9.25. 2.F.26.§.*moribus* & 35. Inter Laicos scil. & Clericos, vel secundum doctrinam aliorum, distinguendo an jure hereditario succedant, an jure proprio: Qui jure hereditario succedunt, omninò eam servare tenentur, tales autem sunt, qui causam successionis à defuncto habent, seu, qui defuncto in jus, vel secundum dispositionem legis vel hominis succedunt argum. *l.24.de V.S.l.61.de R.I.junct.l.14.C.de R.V.l.44.pr.circ fin.ff. ad SCt. Trebell.Schrad.part.3.cap. 2.num.23.& seqq. Rosenth.d.tr.cap.6. conclus.15.&*

Tabor.

Tabor.tr.de Obl.Success.inoffic.c.5.n.21. Carpz p.2.c.45.Def.5.Habn.ad Wesenb.tit.de Constit.princip.n.2.verb.Principes successuri: Nec intereſt heredũ facta ſit mentio vel non argum. *l.* 38. §.5. *de V. O. Gail.* 2.*Obſ.*58.*n.*17. *add.ſupra laudati Dd.* modo reſtrictio non ſit facta ad perſonam inveſtientis, ut ſi dixerit, wan es bey meinem Leben erledigt wird juxta *Dd. cit.* Jure proprio dicitur ſuccedere, qui cauſam ſuccedendi non habet ab eo, cui ſuccedit, ſed aliunde, vel per electionem vel ex pacto & providentia, hiq; non tenentur ratam habere conditionalem hanc conceſſionem, ſi promiſſor moriatur, antequam conditio extiterit: Quales ſunt Prælati Eccleſiarum *d.text.in* 1.F.3. 25.2.F. 26.§.*moribus & 35.c.2.x.de donat.* Niſi 1. conſenſu totius capituli facta ſit. 2. neceſſitas vel utilitas Eccleſiæ exegat &c. Item tales ſunt ſucceſſores ſeculares electione & ex pacto & providentia ſcil. non jure hereditario, exceptis filiis, qui licet ex pacto & providentia ſuccedant, juri feudali & rationi tamen convenientius erit, ut teneantur adimplere factum parentis & ſervare talem inveſtituram *argum.*2.F.45. & 51.§.4. & 1.F.3. & 9. Reliqui verò ſucceſſores non tenentur, niſi in ſuſpicienda adminiſtratione eam confirmarint, vel ex juſta cauſa facta ſit talis conceſſio, vel commodo Reipublicæ exigente, vel ſi ſimul heres in allodialibus fuerit *vid. Struv. d. l.* ubi plura: nobis enim materiam hanc de conditionali conceſſione per ſe ſatis amplam delibaſſe ſufficiat.

XXVI.

Poſſe & pacta, quæ ad formam accidentalem etiam referimus, inveſtituræ apponi patet ex 1.F.8.§.*filia*.14. §.*ult.*2. F.3. §.*ult.* 8.*in pr. verſ.qui enim aliena* 12.*in pr.* & 50. Sicut & jure communi Juſtinianæo omni negocio pacta apponi poſſe dicitur *in l.*7.§ 5. & 6. *ff.l.* 13. *C.de pact.* Dicunturq; aliâs tenor inveſtituræ in 1.F. 6. §.*quinetiam*, pactio *in cap.extraord.* 107. lex inveſtituræ 2.F. 48. quæ derogant communi feudorum naturæ 2.F.18.*Goth.Anton:Diſp.*4.*th.*7.*lit.f.* & ſervanda, ſive paciſcendo ſive ſtipulando inveſtituræ adjecta ſint *argum.l.*48. *de pact.l.*8. *C.eod.*2.F.18. non enim omnia jure definita ſunt, aut etiam poſſunt pro varietate circumſtantiarum. *Vultej.d.c.*7.*n.*74. Cæterum apponuntur pacta vel ipſi ſubſtantiæ feudi vel ejus naturæ: Si ipſi ſubſtantiæ ſeu formæ feudi apponuntur, tunc aut contraria ſunt juri, vel non, ſi non transformant negocium in aliud, vid. *l.* 80. *ff. de*

contr.

contr.empt.l.46.Locat.l.22.de praesc. verb.l.6.de act. empt.§.ult.Inst.mand. *§.2.Inst.quib.mod.re contr.oblig.l.5. §.ult.ff.pro Socio.* nisi constet partes aliud negocium inire voluisse, si verò contraria sint, vitiosa erunt, salva substantia, argum. *l.4.ff.de precar.l.29.§.2.l.14.junct.l.70.ff.pro socio.l.14.§.2.ff.comm.divid.l.27.§.3.de pact.*qua alias sublata, ipse actus sublatus esset, *argum.l.72.in fin.pr.ff.de contr.empt.l.19.§.3.ff.ad exhib. l.7.§.6.de pact.* nec prosunt ad exceptionem, sed ut illicita rejiciuntur *Vultej.d.l.n.*77. tale est, si in genere apponatur, ne ob feloniam feudum amittatur, ne Domino vasallus & huic ille fidelitatem praestet, *argum.l.27.§.4.ff.de pact.& 2.F.3.* add. Struv. *Disput.2.thes.6.* Pacta autem circa naturalia facta, valent, etiam planè contraria ejus naturae *Vultej.d.c n.*78. Est autem natura feudi, sicut & contractuum, adjuncta quaedam qualitas, quam ipsi authoritas legis tribuit, ita sc. ut nisi aliter convenerit, illi insint *l.27.§.pactus ne peteret. vers.quoties.ff. de pact.& § adeò autem vers.sed talis contractus I.de locat.§.de illa sanè.vers. Q.Mutius.l.de Societ. Struv.d.Disp.th.7.&* 8. Ex quibus, quod talis natura mutari possit facilè probatu est: Bocerus *d.c.n.25.§.quia verò*, bene distinguit substantiam à natura feudi, hanc verò naturam feudi *n.29.* subdistinguit in separabilem & inseparabilem, iterum in propriam & impropriam, quia feudum aliud proprium, aliud improprium. Hinc propriam dicit esse communem feudi naturam, impropriã, quae ab usitata feudi ratione recedat & subjungit *n.31.* naturae propriae per investiturae pactũ detrahi posse, docetq; exemplis iis, quae nobis pacta detrahẽtia inferius sunt, hancq; separabilẽ naturã vocat, & si propria talis natura feudi mutetur, subinde degenerare feudum proprium in improprium 2.F.48.*n.*34. Inseparabilem conditionem naturae feudi sine definitione demonstrat per exempla *n.35.* scil. ut sunt ne fidelitas praestetur, quod sine investitura novum feudum cedi nequeat, ne fructus praedii ad vasallum pertineant &c. Verum praeter id, quod ex supra data definitione pateat, hanc subdivisionem nullam esse, qualitas enim adjuncta quae ad substantiam non facit, omninò mutari potest regulariter per supra dicta; Claret & exinde lubricitas subdivisionis, quod confundat substantiam cum natura feudi, ceu ex subjectis exemplis videre est, quae ad ipsam substantiam feudi pertinere in aprico est, & probatione non egenum. Sunt autem pacta, quibus mutatur feudi na-

 turae

tura vel adjicientia, vel detrahentia 2.F.2.§.*praterea.l.72.de contrah. empt.* Detrahentia sunt, quæ naturæ feudi aliquid detrahunt, qualia 1. dicuntur esse à Bocer. & Dd. comm. Si convenerit ut feudum detur in re mobili dicatur feudum improprium & contra naturam non substantiam feudi; Verum cum th. supra 20. ex seq. dixerimus contra substantiam ejus constitui, esse ex 2. F. 1.*in fin.* cum Dd. non consenserimus in hoc, vid. *Struv.Disp.4.th.2.* 2. Si juramentum fidelitatis remittatur 2.F.3.§.*ult & 24.* 3. ne vasallus servitia præstet *text in tit. extraord.*104. 4. ut ad certum tempus duret 1. F. 2. *inpr.* 5. ut sine consensu Domini vasallus alienare possit 2. F. 48. 6. ut vasallus non teneatur à successore investituram petere intra tempus à lege definitum 2.F.2.§.*praterea.vers.ita si vasallus.* 7. ut vasallus per se tantum petere debeat investituram *d.t.2.& 2.F.3.§.ult.* 8. ut & extraneus judex in controversia feudi sit, 1.F.18.*inpr.* 2.F.20.*pr.*34.*pr.*39.§.*si inter & 55.* Tandem omnis natura feudi mutari potest *argum.d.§ praterea & tit.3.§.ult.Vultej. d.c.8.n.78.* Adjicientia sunt, quibus ad qualitatẽ feudi jure tributam aliquid additur, qualia sunt 1. pactũ de evictione 2.F.8.*inpr.* 2. de insolitis servitiis 2.F.2.§.*praterea.* 3. ut propriis sumptibus vasalli exhibeant servitia *in cap. extraord.*107. 4. ut frater fratri in feudo novo succedat 2.F.12.*&18.v.ult.* 5. ut feudum novum jure antiqui habeatur *Gail.2.Obs.50.Mynf.4.O.84.cent.6.Obs.18 per 2.F.2.§.praterea & tit.3.junct.l.51.C.de Episc.& Cler. l.pen. C.de pact.* quod tamen limitatur in feudo Ecclesiastico *Gail. & Mynf.dd.Observ. Rosenth. d.tr.c.2. concl.14.* rationem ponunt in *l.14.C de SS.Eccles.c.7.x.de his qua à Pralat.fiunt. add Schrad.d.tr.part.2.c.3.n.76.* 6. ut fœmina succedat in feudo 1.F.1.§.3.& §.*filia verò* 15. 2.F.11.§. *ad filias & tit.50.pr.Vultej. d.c.9.n.27 & seq.Bocer.d.c.n.46.& seqq.* ubi in dd.textibus habetur contra feudi communem naturam esse fœminam per pactum succedere, quod pactum tamen si ad certam personam directum, sola succedit, est enim pactum personale *l.25.§.1. l.27.§.4.de pact.* & succedit dum si deficiant masculi nisi aliud in pactis actum sit, vid. latissimè de hac materia *Vultej.1.F.9.n.17.& multis seqq.Bocer.d.c.n.46.& seqq.* Hæc & ejusmodi alia pacta in investituræ actu apponi possunt licitè, secus ea quæ contra bonos mores sunt, illud enim solum promittere possumus, quod salva dignitate nostra possumus *l.125.in fin. de V.S.* nec in se quis recipere potest,

quodi

quod vituperio conjunctum est *l.23. §.2.vers.militaria.ff.de aur.& argent.legat.l.15.de condit.instit.Nov.6.in praef.Vultej.d.c.7.n.79. & seqq.* De eo Q. an pactum investiturae illud valeat, ut propter filii delictum pater feudo privetur. *Neg.post.Bartol.Iason. Matth. de Afflictis. Schrad. d. tr.de Feud part.9.part.secundae principalis sect.1.n.2.argum.l.1.2.&3.C.Ne filius pro patr.l.22.C.de poen c.non imputatur.* 1. Q.4. Affirmat *post Alvarott. Praepositum Bocerus. cap. 4. num.102. §. verum. argum. l. 38. §. 2. & §. si quis. de V.O.* ubi aliquis poenam promittere potest, alicui si tertius faceret vel non faceret & *l. 1. 2. 3. ff. de custod. reor. l. 8. §. sed etsi. l. 56. §. ult. l. 7. §. ult. de fidejuss.* ubi in causis criminalibus quis pro reo fidejubere potest, atque se obligare; Accedit, ratio illa quod Dominus alicui possit simpliciter ad certum tempus feudum concedere, cur non & conditionaliter poterit, siquidem cura sua efficere poterit, ne filius delinquat, cum nec hoc alienum sit ab aequalitate, praestare scil. quod promisit, ut ita non tam ex delicto quam pacto teneatur; leges obstantes quod attinet, aut loquuntur, de casu ubi tale quid pactum non est, aut ubi poena corporalis affligenda venit: Hactenus de pactis quae apponi quaeque non possunt, cum autem non omnia aequè clara sint, sed ambigua & dubia nonnunquam reperiantur, Doctores regulas quasdam praescripserunt, quibus observatis difficile non erit ea interpretari, sunt autem illae quatuor, quarum 1. Si verba clara sunt, licet de mente dubitari possit, nihilominus proprietati inhaerendũ 2.F.18.& verba sumenda ut sonant, cum per vulgatũ: Tenor investiturae semper & ante omnia inspiciẽdus sit *d.t.18.l.3.de reb.dubiis.l.25. de legat. 3.D.Vultej. d.c. 7. n. 87.* modo verba sint convenientia negocio ipsi. 2. Si verba tenoris investituralis seu pacti investiturae propter varias significationes obscura & dubia sint, interpretatio facienda secundum morem usitatum ejus loci, ubi ea fit. 2.F.1. *vers. usum tamen l.34. de R. J. l. 50. §. ult. de legat.* 1. praesumuntur enim partes loqui, secundum morem regionis, ubi vivunt *l.69.de legat.3.* 3. Si de observantia vel consuetudine speciali non constat. pacta secundum communem naturam feudi interpretanda erunt 2.F.1. regulariter enim verba secundum subjectam materiam intelligenda sunt & sumenda. *l.18.de Aedilit. Edict. l. 4. pr. de usur. l.5. de reb.cred.* 4. Si nec jure feudali satis clara fiant pacta, pro vasallo interpretatio facienda, fuit enim in potesta-

in potestate Domini clariùs & distinctiùs dicere, & cum feudum species beneficii sit contra concedentem regulariter latissimè explicanda ejus concessio *l. 3. de Constit. pecun. c. 6, x. de donat.* nisi præsumptio sit contra vasallum *arg. 2. F. 2. §. ult. Vultej. d. c. n. 8. 6. & seqq.* ubi simul resp. ad contraria, pacta quia stricti juris non pati interpretationem. Sic ergo pacta legitimè adjecta & interpretata semper servanda sunt *l. 48. de pact. junct. l. 8. C. eod. 2. F. 18.* sive obligatoria sint, quibus agitur, ut Dominus vasallo vel hic illi aliquid præstet, quod si factum non fuerit, procul dubio competit condictio causa data, causa non secuta ad repetendum feudum *1. F. 21. §. vel si Dominus*: Sive liberatoria, quibus agitur, ut alter alteri quid remittat, quod ex communi feudi natura præstare tenebatur, cujus respectu vasallo datur exceptio, si Dominus ob negata servitia repetere vellet feudum, quæ tamen remiserat *l. 7. in pr. & §. sed cum nulla. ff. d. l. 13. C. de pact. l. 72. de contrah. empt.*

XXVII.

Pertinet & ad formam accidentalem doctrina de tempore, loco & modo petendæ investituræ, quam petere omnes tenentur vasalli, cujuscunq; dignitatis sint *Limn. de Iur. publ. lib. 4. c. 7. n. 1.* Tempus quod attinet, illud quidem quoad investituram novam in jure definitum non est, cum ergo nec de eo quid conventum, cui conventioni aliâs standum, in arbitrio Domini erit, præfigere vasallo novo tempus petendæ investituræ, ad quod veniat assumptum investituram *2. F. 24. §. est & alia. Borcholt. part. 1. c. 7. n. 29. Wesenb. c. 8. n. 2.* Diss. *Cont. tr. de feud. c. quib. mod. feud. acquir. per text. in 2. F. 32.* ubi tamen nihil ad sententiam suam stabiliendam: Citatus tamen vasallus comparere necesse habet petere & accipere investituram, quod si ter vocatus non venerit, Dominus posthac investire non tenetur *2. F. 24. §. est & alia & 22. in pr. add. l. 13. §. & si quidem. vers. & si per tres vices. C. de judic. sicq; Dd. comm. vid. Bocer. d. c. 5. n. 2.* Si verò Dominus æquo longius distet citare & offerre investituram aget actione, de qua *th. 5. circ. fin.* Locus, præter conventionem ordinarius est ubi domicilium habet dominus *l. 18. §. 1. & fin. ff. de Iudic. Bocer. d. c. n. 13.* vel alius opportunus & congruus *l. 39. ibi si inopportuno tempore vel loco ff. de solut.* ubi scil. feudum promissum situm est *l. 38. de judic.* vel de quo convenit inter Dominum & vasallum *l. unic. C. ubi conveniatur qui cert. loc. dar.*

loc. dat. premiss. tot. tit. ff. de eo quod cert. loc. Si verò prædicta loca tuta non sint, vel propter grassantem morbum pestilentiarum, vel tumultus belli, vasallus commodiorem locum à Domino petere poterit, argum. *l. 8. C. de solut. l. 7. ad SCt. Trebell. Zas. part. 7. n. 4.* Hæc quidem quoad locum regulariter obtinent, nisi privilegio aliud cautum sit, quale quod est familiæ Austriacæ; Daß die Ertzhertzogen nicht schuldig seyen / umb empfahung ihrer Lehn ausserhalb deß Landes Oesterreich nachzureisen / sondern sie sollen ihnen in derselben Landen geliehen werden / und so ihnen das versagt würde / sollen sie das dreymahl schrifftlich ersuchen und erfordern / und mögents darnach ohn alle Furcht der Seeligkeit besitzen / als hetten sie es leiblich empfangen / *Arnis. de jur. Majest. lib. 1. c. 5. pag. 149. Limn. de jur. publ. lib. 4. c. 7. n. 21.* Patet & de Rege Bohemiæ, quod Regalia non teneatur suscipere, nisi in finibus regni sui decem vel quindecim miliaribus alemanicis à regno *Limn. d. l.* De modo seu formula petendæ investituræ in jure feudali certi nihil cautum est, præter illud, quod *in 2. F. 23. vers. quomodo & 22. vers. curia autem,* quod cum honoris præfatione, humiliter, obsequiosè, devotè & reverenter petere debeat vasallus investituram, est enim talis petitio signum reverentiæ *Lim. d. l. n. 1.* ubi addunt *Dd. comm.* quod si Dominus sit Imperator vel Rex, vasallum debere genua prosternere & procumbere in terram, ipsum vel procuratorem ab eo missum, non tamen si vasallus superior Boœrus *d. c. 5. n. 14.* post multos à se allegatos, uterque tamen & superior & inferior vasallus petet cum diligentia & instantia *Schrad. post alios part. 6. c. 3. n. 8. Sylvan. de recogn. feud. Quæst. 92. Add. sæpius laudatum Colleg. publ. de Stat. Rei Rom. Vol. 1. disp. 7. th. 18. & quæ infra th. 29. ubi de de renovatione feudi plura de his superaddemus.*

XXIIX.

Investitura abusiva fieri solet re absente, quod si enim præsente re, castro scil. vel prædio celebraretur, possessioni ipsi introduceretur, sic enim oculi pro longis manibus habentur *l. 1. §. pen. l. 18. vers. si vendit. ff. de acquir. vel amitt. possess.* Consistit autem forma hujus investituræ abusivæ in symboli cujusdam traditione repræsentantis rem in feudum concessam à Domino dicente se investituram facere, *2. Feud. 2. ibi hasta vel aliud;* Sunt autem symbola vel signa hæc, pro diversitate curiarum varia, ut plurimum tamen distincta pro natu-

ta & qualitate rei infeudandæ; Sic olim in Vandalicorum Episcopatuum investituris Chirothecas fuisse adhibitas refert *Crantz. in metrop. lib. 4.* Hodie à Prælatis ferè annulos, baculos, libros, à Secularibus nunc gladios evaginatos, hastas, vexilla, præsertim in Ducatuum & Regnorum investituris usurpata, docet *Iacob. de S. George in tr. feud. verb. investiri n. 9. add. Limn. d. c. n. 32.* ubi dicit: apud nostrates nobiliora symbola investituræ esse sceptrum & vexillum, illud in Ecclesiasticis, hoc in secularibus Principibus, alii gladium addunt, *Ott. Frising. de reb gest. Frider lib. 2. c. 5.* & firmat *Gunth. lib. 1. Austriad. add. Ludvvel. Disput.* 8. soletq; hunc Imperator porrigere Legatis Principum, cujus capulo prehenso extremum ejus conum osculantur, plura de his, ut & formulas investiturarum, & quæ olim obtinuerint differentiam & inter hoc osculum & traditionem vexillorum, vid. *Limn. d. l. cui adde c. 29. A. B.* In minoris momenti investituris ut & inaugurationibus aliis etiam quidlibet levidense adhiberi videmus, vid. *Otto Frising. lib. 2. c. 5.* quæ omnia, qualiacunque sint, symbola traditionis & rem repræsentantia sunt, quibus admoneri eos officii sui dicit *Anton. Disp. 4. th. 3. lit. F.* Sic pallio ArchiEpiscopali de quo, *vid. Schleid. lib. 4. & 13.* baculo seu pedo pastorali, annulo admonente muneris, sic gladii usum ostendit Trajanus Imperator, dicendo: Cape ô Præfecte gladium, eoq; pro me, si bene imperavero, sin secus adversum me utitor, *Bachan. lib ult. Histor.* Hinc in inauguratione novi Rectoris Magnifici, collatione dignitatum Academicarum, creatione notariorum, varia signa officia variis ritibus insinuātia, frequentantur: Sic in inauguratione Præceptoris Hervordiensis & Lunæburgensis habita à Syndico civitatis præsentibus Senatoribus oratione, baculo & virga investitur, quod observantia compertum novimus, De origine morum horum vid. post *Rittershus. & alios. Anton. d. l.* huc insuper addimus, signa hæc qualia sint, corporea esse oportere in *d. c. un. quid sit investitura.*

XXIX.

Hactenus de forma investituræ novæ; Veteris seu renovationis primæ, quæ hanc confirmat, & redintegrat tantum, cum forma essentiali novæ investituræ eadem ferè est, differt tamen à nova in eo, quod non sicut in hac, ita & in veteri pares curiæ requirantur, sed sufficiant etiam contranei secundum tamen 2. F. 32. Quoad formam

mam accidentalem verò nulla videtur superesse differentia, cum hæc ut dictum, illam tantum confirmet, eodem etiam pacto, & tenore fieri necesse sit, quo prima *Vultej.d.c.7.n.97.d. Colleg.publ. Vol.1. Disp.7.th.18. lit.C.* censentur enim eædem qualitates repetitæ in feudo renovato, ceu judicatum refert *Vultej.in Camer. anno* 1544.23.*Ian.* adeo ut si reperiatur mutata, errore aut metu factum intelligatur, aut si consensu vasalli factum fuerit, nemini nisi consentienti præjudicabit *Vultej. d. l.* Est autem petitio hujus investituræ adeò necessaria, ut si à vasallo neglecta sit, justam præbeat causam privationis 1.F.22.2.F.24.52.& 55.*Vultej. d.c.n.*95.Cum a. *th.supra* 16.nos hîc retulerimus & aliqua adhuc in hac renovatione præter ea, quæ in nova adhibimus, notanda sint, materiam hanc in sex requisitis potissimum absolvemus, quibus observatis pro legitimè petita habebitur, sunt autem ea 1. Causæ propter quas vasallus necessariò ad petendam investituram veterem teneatur, 2. quando petendæ, quo tempore, 4, à quo, 5. quando quis excusetur ab hac necessitate petendi, 6. modus. I. quod attinet causas nempe, recensentur eæ à *Limn.d.c.n.2.Vultej.d.c.7.n.96.* variæ, potiores sunt 1. ut juret fidelitatem, juramentum enim prædecessoris, successorem tanquam personam personale quid, non obligat, sed cum defuncto expirat *c.veritatis x.de jurej. add.*2.F.3. 2. ut admoneatur vasallus, se non beneficio proximè defuncti, sed Domini investientis & primò acquirentis feudum obtinere. 3. Ne Dominus dominio directo fraudetur, quod facilè ex longinquitate & ignorantia Domini fieri potest, 4. ut sit signum reverentiæ, quam debet Domino vid. *Limn. & Vultej.add.ll.* ubi tamē *Limnæus* non omnes satis adæquatas, sed nimis generales dicit, & cuiq; meliores eligdenas relinquit. *add. interim Rosenth.d.tr.c.6.concl.29.* II. Quando petendo sit investitura docetur in 1.F.22.regulariter scil. toties, quoties persona Domini vel vasalli mutata est, *Rosenth. d. c. concl.* 30. nisi scil. conventione vel consuetudine speciali aliud fuerit introductum 2 F.23. ut scil. recognoscat ad omnem requisitionem Domini argum. 2.F.2.*Vultej.d.c.n.*99. *Strur.Disp.*10.*th.*1.*Anton.Disp.*8.*th.*2.*per tot. ubi lit. B.* quæstionis illius difficilimæ decisionem addit distinguendo: An, si duo in communioue feudi sint, & post divisionem factam, altsrius portio alteri fuerit acquisita, acquirens renovationem eo nomine petere teneatur vid.

tur vid. ibi: Mutatur autem Dominus vel morte vel alienatione, ad quam referenda divisio, mutatur etiam vasallus, vel morte vel alienatione feudi, vel hoc amisso ob feloniam. *Struv. d. Diss. th. 2. & 3. per tot.* Quoad III. quo tempore, vel intra quod tempus petenda sit investitura Doctores variè sentiunt, ceu videre est apud *Limn. d. c. 7. n. 3. & seqq.* ubi varias opiniones recenset, atque omnes refutat *Colleg. publ. de Stat. Rei Rom. Diss. 7 th. 18. lit. D. Vultej. d. c. 7. n. 100. & seq. Struv. d. Diss. th. 7. per tot. Anton. d. Diss. th. 3.* Nos, nō ut Limnęus antinomiam statuemus, tales enim temerè statuenda in jure non est, eorum ergo sententiam tanquam veriorem fovebimus, qui distinguunt subjectum recipiens investituram, an scil. militans sit an non militans, ut militans actu necesse non habeat petere renovationem intra annum & diem, sed annum & mensem, sicq; intelligendus textus in 1. F. 22. non militans contra intra annum & diem secundum *text. in 2. F. 52. & 55.* Licet enim, si rem ab origine, seu ab ovo ut vulgo dici solet, deducamus ratione instituti, non negamus, quod vasallus non rarò miles dicatur in jure feudali ratione scil. instituti, ut supra hic, constat autem nomina non diutius durare ac res ipsas, cum nec jam nec olim omnes vasalli milites sint, uti supra. Rationem diversitatis duplicem fingere licet, quarum alteram in favore militiæ, alteram in impedimentorum multitudine ponimus *vid. Vultej. d. l.* pro ratione anni & diei nobis sit lex, quæ pro forma seu solennitate hoc tempus requirit, in renovandæ investituræ petitione, solennia autem per se sunt loco rationis: Hodie ex Constitutione Caroli V. Wormatiæ de anno 1521. das Königliche Regiment betreffent §. und behalten uns vor/daß in einem Jahr einem jeden seine Regalien zuempfangen gebühret investituræ renovatio peti solet intra annum. Quod si vasallus impeditus legitimè intra hoc spacium annale investituram non petierit, Imperator consuevit indultum concedere Statibus Imperii scil. non etiam aliis, cujus beneficio Regalia administrantur usque ad tempus prorogatum, vid. *Colleg. publ. d. Diss. 6. th. 16. lit. i. Reink. lib. 1. Class. 4. c. 16. n. 57. ibiq; tenor indulti à Ferdinando II. Ludovico Fideli H. L. concessi: Arum. ad A. B. Discurs. 5. th. 39.* Cæterum utile est hoc tempus quoad impedimenta & ignorantiam, continuum quoad scientiam & impedimenta cessantia, Tum ergo perdit vasallus & ejus liberi feudum *2. F. 31. & seq. §. si*

vasallus

vasallus, si renovationem dolosè 2.F.22.§.*ult.* vel ignorantia inexcusab.li 2.F.55.*pr.in fin.junct.d l.*§.*fin. in verb.justa causa.&* 92. quippe quæ in contractibus, ut & delictis, ubi pecunia vel bonis quis punitur dolo æquiparatur *l.1.*§.5.*de Obl.& Act.l.*226,*de V.S.l.*47.§.9. *de Legat.*1. *l.*1.§.1.*ff.si mens fals.mod dix.l.*1.§.2.*ff.si is qui testam.* Sed non nisi præcedente cognitione & sententia condemnatoria subsecuta 1.F.22.*verb. damnatur. Rosenth.d.tr.c.*10 *concl.*41.*n.*5.*& seqq.* reditq; sic feudum amissum ad Dominum 2. F.24. *pr. verb. ingratus &* 55. non tamen præjudicatur ita agnatis in jure succedendi, quod à primo acquirente habent, sed manet tamdiu apud Dominum, usque dum vasallus vivit, quo mortuo ad agnatos devolvitur *post Pistor. Carpz.& alios ab his allegatos vid.Struv.d. Disp. th.*8. Incipit autem tempus hoc legitimum currere à die scientiæ, non mortis prædecessoris vel domini per text. *in* 1.F.22. *ibiq; Dd. Vultej.d.c. n.*111. *Gail.*2. *Obs.* 48.*n.*9.*&* 10. ubi addit, reum conventum non tenere probare ignorantiam, sed actorem scientiam, modo non sit ionorantia in jure, sed facto probabili, quæ consistit vel in facto eventus vel qualitatis *Vultej. d. l. n.* 114. idem quod de ignorante hactenus de dubitante dictum sit, *Vultej. d.c.n.*115. hinc vulgatum illud: Tempus renovationis ab initio utile esse, sed à tempore scientiæ continuum, licet in ipsum à tempore mortis Domini vel vasalli competat *Vultej.d.c.n.*112. Tempus autem hoc, cum in lege definitum sit, & in favorem vasalli introductum, invito vasallo Dominus minuere nequit, sicuti nec prorogare, nisi utriusque consensu *Vultej.d c.n.*102. ubi alios citat: Hæc quidem regulariter ita se habere hactenus edocti sumus, cujuscunque conditionis vel sexus vasallus sit vid. *Goth. Anton. Disp.*8.*th.*3.*lit.c. per tot.* ubi notabilia: Neque excipiuntur Clerici, nec fœminæ, nec rustici, modo beneficium ætatis non habeant, impubes enim non tenetur illo tempore 2.F.55.§.*praterea si quis*, Si major, minor tamen 25. annis, datnr ei restitutio, plura de his *vid. Vultej d.c.*1.*n.*105.*& seqq. Goth d.l.* IV. A quo petenda investitura distinctione decernendum venit. An mutatio in persona Domini, an vasalli contigerit, hoc casu à Domino petenda investitura, qui eam sine causa denegare nequit 2. F. 24. *in pr. &* 40. & quidem si morte vasalli contigit mutatio, heredes à Domino petent investituram & promittent fidelitatem 2. F. 40. qui si plures sunt, omnes fidelitatem jurabunt,

2. F. 26. §. *omnes filii & 55.* §. *praeterea*, Seclusa scil. hac vel illa consuetudine speciali, licet quoad servitia aliud statuere aequitas suadeat, ne scil. difficilior conditio vasallorum eveniat, ut sic non omnes ut singuli omnia servitia praestare teneantur, sed omnes ut universi vel singuli pro rata vid. *Reusn. Disp. Feud. 7. th. 21. & seqq. Vultej. d. c. 7. n. 134. & seqq. Struv. d. Disp. th. 3. ubi simul ob difficultatem hujus quaestionis multos non decidentes recenset.* Evenit tamen interdum, ut uni ex pluribus vasallis consensu Domini injungatur, quem Lehnträger vocant, ut vices omnium sustineat, & communi nomine investiatur, & tunc non nisi mortuo hoc renovatio petenda *Rosenth. c. 6. conclus. 36. n. 4.* Si alienatione vasalli persona mutatur & vel fit haec in extraneum, & tum renovatio non fit, sed investitura nova, tanquam primo acquirenti; Si agnato ex primo acquirente renovatio celebratur argum. 1. F. 34. & 35. plura de his addere, licet quamplurima superessent, tempus non patitur, vid. interim *Struv. d. l.* Si ob feloniã mutatio fiat, vid. *quae supra hic.* In persona Domini, si mutatio fiat, à successore hujus investitura petenda 2. F. 40. Si scil. morte mutatio fit, qui si plures reliquerit heredes, ab omnibus renovatio petenda & nominus omnibus juramentum fidelitatis praestandum ratione rei in feudum datae 2. F. 55. §. 1. *in fin.* 77. & 102. Seclusa & hic consuetudine speciali; Peragũt autem eam vel omnes, vel unus nomine omnium *Rosenth. d. c. concl. 38.* Quod tamen variat quoad feudum Ecclesiasticum, quo Praelato mortuo à Capitulo investitura vetus petenda, si intra leges legitimum alius praelatus electus non sit *Carpz. part. 2. C. 45. Defin. 22. vid. Struv. d. Disp. th. 2.* Tenentur autem omnes vasalli quacunque dignitate splendeant, majores etiam & dignitate clariores Dominis suis, seculares sint, sive Ecclesiastici exceptis impuberibus, de quibus supra hic, investituram veterem sub poena amissionis feudi, secundum dicta petere, nisi forsan impedimento vel alia justa causa se munire possint, de quibus. V. notabile. Causae scil. excusationum, quae petuntur vel à persona Domini, vel vasalli, vel extra haec vid. *Vultej. d. c. 7. n. 117. Anton. d. Disp. th. 4. & seqq. Struv. d. Disp. th. 9.* Et quidẽ à persona Domini excusationẽ justam praebent 1. absentia ejus justa an injusta nihil interest *l. 9. l. 17. §. 3. & argum l. 47. de usur.* 2. inimicitiae capitales inter Dominum & vasallum, 1. F. 22. 3. Infamia tanta scil. quae fidelem sacramento liberat 2. F. 27. §. 1.

in fin. 1. F. 21. 4. infantia 1. F. 22. §. 2. ubi tamen curator adeundus, 5. traditio rei feudalis alii facta 1. F. 9. c. 1. 6. mors Domini intra tempus præfinitum contingens 1. F. 6. 7. Si duo de hereditate Domini contendant *argum. c. 12. x. de jur. patron. l.* 14. §. 1. *de Appell.* 8. si hereditas adita non sit ab extraneo *l.* 17. §. 3. *de usur.* & aliæ, si scil. Dominus remiserit temporis observantiam & requisitus conferre nolit investituram *l.* 23. §. *ult. l.* 40. *in fin. de arbitr. l.* 122. §. 5. *in fin. de V. O.* Ex persona vasalli justas excusationum causas præbent 1. incarceratio *l.* 23. *de usur. l.* 9. 10 *in fin. ff. ex quib. caus. major.* 2. F. 52. §. *fin. l.* 78. *& seq. de Reg. Iur.* 2. Morbus Sonticus *l.* 53. §. 2. *l.* 60. *de Re Iud.* 3. Hereditas non adita 2 F. 45. §. 1. *&* 51. nisi dolo agat 4. ignorantia justa, 5. infantia 1. F. 23. §. 1. 6. inimicitiæ capitales vasalli cum tertio *c.* 4 *x. ut lit non contest. l.* 3. *ex quib. caus. maj. l.* 8. *ad SCt. Treb.* quatenus scil. accessus impeditus. 7. absentia necessaria *l.* 40. *l.* 1. *l.* 29. *l.* 36. *ff. ex quib. caus. maj.* 8. mors vasalli intra legitimum tempus *l.* 1. §. 30. *de success. edict. l.* 59. §. 3. *de Re Iud.* Extra personas justam excusationem præbet omnis justus metus, ut sunt tumultus belli, pestilentiarius morbus &c. & quoties dolo non omisit petitionem *vid. dd. Dd.* ubi plura & accuratiora dictitant, quod si dolo omiserit, vel negligentia inexculpabili privationem inducunt, per ea, quæ supra hic, nisi Dominus remiserit hanc culpam, quod potest, quia in eum commissa *Rosenth. d. c. 6 concl. 61. Carpz. part. 3. C.* 17. *def. ult. lib. 6. Resp.* 84. *n.* 6. nec contradicent effectivè agnati, cum successio ipsis delata jamdum non sit *Carpz. d. l.* Remittit autem Dominus vel expressè vel tacitè, tacitè si nempe nihilominus investierit vasallum vel servitia acceptaverit, vel vasallum, ut vasallum tractaret, modo Dominus commissum esse delictum sciverit, vel protestatus sit de non remittendo *Rosenth. & Carpz. dd. ll.* Observatis ergo iis, de quibus hactenus succedit VI. Notabile, modus scil. investituræ renovandæ, qui ita se habet, ut vasallus, cui feudum antiquum successione delatum est, intra legitimum tempus submissè & reverenter à Domino investituram petat, quo facto terminus præfigitur certus & commodus *Zas. part.* 7. *n.* 5. quo vasallus vel ipse vel per procuratorem speciale mandatum ad id habentem, comparebit accipiet prævio fidelitatis juramento 1. F. 4. 2. F. 3 *&* 5. cujus formulam habet *Limn. d. c.* 7. *n.* 36. *d. Coll. publ. d. th. lit. F.* à Domino investituram coram duobus

 minimum

minimum testibus paribus sive extraneis secundum supra dicta excepta fœmina 2.F.32.§.1.&iis qui civile negocium peragere nequeunt pactis formaq; primæ investituræ accuratè observatis 2. F. 8.§. 1.2.F.3.14.§.1. 48. nisi quid expressa contrahentium voluntate mutatum sit, signo etiam aliquo corporeo interveniente 2.F.2.§.1.reali tamen possessionis traditione opus non est, quæ jam dum apud vasallum, nisi per accidens ad Dominum reversa sit. Signa in Imperio nostro sunt vexillum & sceptrum, quibus feuda Regalia investiuntur: & Ecclesiastica quidem vulgo Scepterlehn ArchiEpiscopatus scil. Episcopatus & Abbatiæ per Sceptrum *Lebem.lib 5.Chr. Spir.c.104.* quem modum hodie adhuc observari vult *Reink. lib. 1. de Reg.Sec.& Eccl.Cl.4.c.16.n.16.* Sed vid. *Limn. in addit. ad lib 4.I.P.c.7.* Secularia vulgo Fahnlehn per vexillum investiri solent, ut sunt Electoratus, Principatus Comitatus, Baronatus vid. *Otto Frising. lib. 2. c.5.R.I.de anno* 1521. §.wir behalten uns für. Testatur tamen *Buxtorf. ad A.B.concl.*78. & alii citati in *d. Coll.publ.* vexillorũ solennia ab aula recessisse, & ensem in eorum locum substitutum esse, cujus capulo prehenso conum osculatur vasallus. Diss. *Limn.cit.loc.* cujus sententiam quidem ita admittimus, ut scil. Imperator non teneatur, sed liberum ei sit majoris pompæ ergo eo uti, eo tamen omisso actus validus sit. Plura de his solennibus *vid. d. Colleg. publ. d. l.* ubi notabilia: Hisce ergo sic peractis breve testatum sigillo Domini roboratum traditur vasallo à Domino, huicq; antapocha à vasallo, de quibus supra *add. Anton.d.Disp.th,ult.*ut & certis casibus Laudemium, Etsi enim jure communi feudali investitura gratis fieri debeat *c. 1. vers. omnes de pac.constant.*Consutudine tamen contrarium fere ubivis conceptum, quod & patet ex *A.B.c.*29. Ceu & anno 1608. Ducem Würtembergiæ pro instrumento seu literis investituræ laudemium aulæ Imperatoris solvisse atque 1292 florenis redimisse memorat Myler, *de Stat.Imper.concl* 98. Quo ipso tamen Electoribus prospectum, quod pro investitura nihil solvere teneantur, *vid.Rumel.ad A.B.part.3.Diß.6.th.12. & 13. ibiq; Myler.* Dicitur autem laudemium, quasi in laudationem & recognitionem dominii solvatur aliâs Relevium Germ. Lehngelts/Lehnwahr/Handgelt/cujus originem vid. apud *Dn.Frantzk. tr. de Laudem. c.1.* Est autem laudemium certa pecuniæ pars, ratione pretii rei æstimari solitæ, Domino pro investi-

tura

tura quibusdam casibus à vasallo solvenda: Cum ergo non omnibus in casibus laudemium hoc præstetur nec ubivis, consuetudo illa strictè attendenda, *vid. latè Dn. Frantzk. d. tr. c.* 5. Quantitatem quod attinet, variat illa secundum curias: In *l. fin. C. de jur. Emphyteut.* ex qua originem deducit *Frantzk. d. l.* erat quinquagesima pars pretii. Tunc autem regulariter laudemium hoc solvendum erat, si feudum in novum vasallum per alienationem, sive emptionē, permutationē, vel aliū modū transfertur, non verò si solum persona vel vasalli, vel Domini mutetur successione scil. vel etiam divisione feudi communis, qui antea investiti fuere, quod tamen alicui speciali consuetudine mutatum testatur *Struv. Disp.* 10. *th.* 14. extra quæ loca extendenda non est; Si ergo Dominus quidam allegat talem consuetudinem probare tenetur; Quæ autem actio detur Domino ad petendum laudemium post *Frantzk. d. tr. vid. Struv. d. Disp. th. fin.*

XXX.


Cesso ita per investituram feudo vasallo, tantum in eum translatum censetur, quantum alias traditione, quod enim hæc alibi operatur, id agit in feudis investitura *Sichard. ad l.* 15. *C. de Rei vindicat.* Transfertur autem in vasallum utile dominium 2. *F.* 8. *vers. rei autem*, ibi quod quasi vindicare possit rem feudalem à possessore, præsupponit autem rei vindicatio dominium §. 1. *I. de act.* nec distinguimus abusivè an propriè quis investitus sit licet *comm. Dd.* in contrariam eant *vid. Ludvvel. d. c.* 8 *pag.* 202. *& seqq.* refelluntur tamen dissentientes satis per generalitatem textuum supra allegatorum 2. *F.* 2. *in fin.* 8. 32. 88. *&c. vid. Hillig.* 4. *comm.* 19. *lit. D.* quod si enim abusiva investitura idem non operaretur non differret à promissione de feudo constituendo, diciturq; sic investitus vasallus & investiens Dominus 2. *F.* 2. *&* 88. quod fieri non posset, si non haberet jus, quod est quasi dominium sub conditione fidei 2. *F.* 23. Est autem utile hoc dominium jus seu facultas legalis rei plenissimè utendi fruendi & de illa liberè disponendi, nisi quod vi vel jure prohibetur. Hinc datur vasallo possessio rei feudalis 2. *F.* 2 8 *pr.* § *ult. verb. possessio per beneficium ad eum pertineat.* 7. § *ult.* 26. §. *si facta add. l.* 15. § 1. *ff. qui satisd.* [illegible]

de V.S. ita & quasi dominii, quod vasallus in re feudali habet, Atque hinc est, quod Dominus feudi se in jurisdictionem vasalli intromittere nequeat *vid. omnino Rosenth. d. tr. c. 5. concl. 5.* Quod omnes fructus suos faciat sive naturales, sive industriales, sive civiles 1.F.23.45. 55. *&* 86. *Carpz. d. Disp. 7. th. 5.* ibi reditus, quæ vox generalis est, omnesq; fructus etiam civiles continet *l.8.§.9. ff. de reb. eor. qui sub. tut.* Quod incrementa sua faciat, quæ fundo feudali accrescunt 1.F.4.§.5. *Carpz. d. Disp. th.* 10. quod tamen limitatur *in d.* §.5. *& in* 2.F.8.§. *e contrario ubi vid.* Quod vasallus thesaurum in prædio feudali inventum retineat *Struv. Disp. 12. th. 5.* Quod disponendi de re feudali facultatem habeat, modo inde deterior conditio feudi non fiat: Hinc iterum est, quod Feudistæ docent. Quod scil. vasallus rem feudalem locare possit sine consensu Domini, etiam in longum tempus per generalitatem textus *in* 2.9.§.1. cui accedit, quod contractus non temporis adjectione sed propria conventionis forma distinguantur *argum. l.8. ff. mand.* Quod cum cohæredibus sine consensu Domini rem feudalé dividere possit 2.F.26.§. *omnes.* 55. §. *præterea,* vel etiam in totum uni assignare, modo sine præjudicio Domini fiat, ubi tamen excipiuntur feuda Regalia *Anton. Disp. 9. th. 3* Quod feudum sine consensu Domini legare possit, ubi tamen saltem æstimatio rei debetur, quæ allodialis est *Magnif. Dn. Cancell.* Schütz *Exercit.* 11. *th.* 13. Quod transigere possit sine consensu Domini de re feudali alienando etiam & diminuendo, modo bona fide agat 2.F.26. §. *si vallus &* 34. propter dubium litis eventum: Quod prædio feudali servitutem imponere possit ignorante Domino 2.F.8.§.1. *Vultej.* 1. F. 10. *n.* 38. ut tamen tantum vasallo non Domino noceant: Quod subinfeudare possit alium de feudo sine consensu Domini, modo legitime, sincere & sine fraude 2.F.34. *&* 9. *vid. supr. Perillustr. & Generos. Dn. Comitis de Kirchberg, Domini in Farenroda Domini mei Gratiosissimi allegata Disputatio,* ubi requisita subinfeudationis: Quod refutare possit feudú invito Domino 2, F.14. *&* 34. *&* 38. refutare a. Feudistis idem est ac renunciare & remittere *Hottom. in Disp. feud. c.* 38. non tamen alienare in detrimentum Domini 2.F. 52. *&* 55. Præter obiter recensitos effectus primos, sunt & alii qui ab his orti. Et sunt remedia vel possessoria vel petitoria: Et quod possessoria vasallo competant, patet ex supra dictis, quod scil. possessionem rei feudalis

is habeat, quam mediante investitura consequitur 2. F. 7. 8. 22. & quidem naturalem & civilem quia Dominus auditur *in 2. F. 8. add. Carpz. d. Disp. 7. th. 4.* Sunt autem remedia illa possessoria vel ordinaria, vel extraordinaria. Ad illa referimus interdicta & exceptiones, ad hæc officium Judicis: Sunt autem interdicta vel adipiscendæ, vel retinendæ, vel recuperandæ possessionis §. 2. *Inst. de interdict. l. 2. § 3. ff. eod. vid. Vultej. 2. F. 1. n. 21. Anton. Disp. 13. th. 5.* De Exceptionibus, quæ maximè retinendæ possessionis reo possessori dantur *l. 1. §. 4. uti possid. Mindan. de interd. c. 23. & 24.* vid. *Goth. Anton. d. Disp. th. 4.* De officio judicis *vid Vultej. 2. F. 1. n. 25.* Quod vel in adipiscenda vel retinenda vel recuperanda possessione vertitur, & est remedium subsidiarium, quod ex æquitate datur *Menoch. remed. adipisc. 6, remed. retin. ult.* Petitoria sunt in duplici differentia alia in rem, alia in personam: In personam sunt actiones, ex eo negocio, quo mediante feudum promissum, de quibus supra: Quo etiam pertinent actio utilis familiæ herciscundæ *Anton, d. Disp. 3. th 3. lit. k.* excepto feudo Regali 2. F, 55. §. *præterea.* actio finium regundorum *Anton. d. l.* actio de evictione, de qua itidem supra, actio caducaria 2. F. 26. §. *antepen. Vultej. 2. F. 11. n. 205.* actio ex testamento si eo relictum sit feudum directa, si codicillis vel donatione mortis causâ utilis *Mynsing. 5. O. 61.* licet & utili rei vindicatione & hypothecaria actione, si constituens Dominus fuit, vel si bonæ fidei possessor publicana experiri potest *argum. l. 1. C. comm. de legat. Bocer. Cl. 5. Disp. 21. th. 5.* Remedia petitoria in rem sunt: Quasi vindicatio 2. F. 8. Directa enim Domino competit, illius tamen idem effectus est ac directę *Anton, d. th. 3. lit. L.* Publiciana in rem actio, quæ tamen cum priori illa cumulari potest *Rosenth. c. 9. concl. 12. n. 8.* Confessoria & negatoria ob servitutes competentes *Anton. d. D. th. 4. lit. E.* 2. F. 8. Sunt hi quos recensuimus effectus, respicientes commoda vasalli. Qui onera, comprehenduntur

mediis pro tuendo vindicandoq; feudo: Sunt autem illa petitoria tam in personam, quàm rem: Quæ in rem est vindicatio adversus extraneum & vasallum, si scil. ipso jure feudo cadat, secus si sententia privativa præcedere debet. *Vultej.* 2, *F.* 1. *num.* 31. *& seqq.* In personam condictio causa data causa non secuta, si scil. servitia non sint præstita à vasallo 2. F. 21. idq; odio vasallorum, licet aliâs Dominus rem suam condicere nequeat, vel si repetere nolit feudum, datur actio ex stipulatu si stipulatione promissa sint servitia, si pacto actio ex moribus *dd. Dd.* Qui onera sunt, quod vasallo evictionem præstare teneatur 2. F. 8. quod vasallos invitos in alium transferre nequeat 2. F. 32. ratio est *in* 2. F. 6. judicantur enim ad paria Dominus & vasallus, nisi cum universitate simul donentur *Vultej.* 1. F. 11. n. 127. Hactenus de effectibus feudi per investituram acquisiti. Finitur a. feudum vel respectu rei vel personæ. Respectu rei si res ipsa intereat: Personæ inter vivos vel morte. Inter vivos voluntate, vel tacita ut præscriptione 30. ann. ab eo tempore quo negata servitia *wesenb. de Feud. c.* 75. *n.* 3. vel expressa eaq; vel directè remissione Domini & refutatione vasalli, vel per consequentiã ingressu in monasterium 2. *F.* 14. 21. 26. *§. si clericus*: Et licet olim in potestate Domini fuerit, avocare à vasallo quocunq; tempore feudũ 1. F. 1. Hodie tamen & quidem maximè ex Constit. Lotharii Imperat. 1. F. 19. ceteræ amittendi feudi causæ respectu juris definitæ sunt, respectu v. probationis incertæ, nam moribus hodiernis sine justa causa nõ amittitur feudũ 1. *F.* 7. 21. *in fin. &* 22. *Rosent. c.* 11. *concl.* 11. Causæ eæ pleræq; recensentur in 1. F. 5. 17. 2. F. 21. 23. *&* 24. quibus add. *Constitutionem Henrici II. Imperat. à Cujac. lib.* 5. *F. tit.* 2. insertã. Efferuntur a. omnes hæ causæ per verbũ Culpæ 1. F. 19. quæ & Felonia dicitur in 2. F. 38. *&* 47. Quæ committitur vel cõmittendo vel omittendo. Committendo vel circa personã Domini ipsius vel circa ejus res, vel alium: Circa personam Domini vel mediatè vel immediatè: Immediatè vel in judicio ut 2. F. 33. vel extra illud, ut est in 2. *F.* 24, 57 vel mediatè ut est *in* 1. *F.* 5. *in pr.* 2. *F.* 57. 1. F. 21. *§. si quis.* Circa res ut est in 1. F. 5. 2. F. 27. Circa alium ut est in 1. F. 5. 2. F. 34. *&* 37. Culpa in omittendo circa personam *vid. in* 2. F. 24. §. 2. 1. F. 5. 17. 21. 2. F. 24. §. 2. Circa res ut in 2. F. 24. *in pr.* § 1. *&* 2. Plura de his addere ratio temporis prohibet: Pauca saltem addere placuit ad dilucidandas the-

ses priores & servandam methodum, de quibus omnino vid. *Luduvel. d. tr. c. 16. 17. & 18. per tot. Struv. Disput. 16. Vultej. & Anton. dd. ll.* Cæterum investitioni nostræ affines sunt aliæ investitiones vel inaugurationes, quarum quasdam verbo tetigimus supra *posit.* 28.



CORALLARIA EX JURE PRIVATO

secundum seriem Librorum in D. & Jure Publico desumpta.

1. *Legibus civilibus tenentur omnes in orbe Romano viventes: Non tenentur.* Ex Lib. I. D.
2. *Consuetudo quæ legem vincit à populo introduci potest: Non potest.*
3. *Legitimatus in feudo succedit. Non succedit.*
4. *Jurisdictio à Principe concessa, cumulativè concessa intelligitur: Non intelligitur.* II.
5. *Si Princeps aliquem ita investiat:* **Wir befehlen dich in diesem Flecken mit dem Gericht:** *Merum Imperium concessum intelligitur: Non intelligitur.*
6. *Citatio principium actionis est: Non est.*
7. *Effectus salvi conductus est securitas & libera facultas veniendi & redeundi: Non est.*
8. *Pactum de futura successione valet: Non valet.*
9. *Procurator transigere potest: Non potest.*

V. 13. *Judex datus tanquam suspectus recusari potest: Non potest.*

14. *Querela inofficiosi hodie adhuc locum habet: Non habet.*

VI. 15. *Res quæ periit sub actione rei vind. continetur: Non continetur.*

16. *Emphytheusis juri civili adscribitur: Non adscribitur.*

VII. 17. *Pro usufructu, ab homine constituto actio confessoria datur:* Non datur.

VIII. 18. *Actus in se continet iter: Non continet.*

IX. 19. *Animalia in alieno inventa, occidi possunt: Non possunt.*

20. *Qui avertendi incendii causa ædes alienas diruit, Actione L. Aquil. tenetur: Non tenetur.*

X. 21. *Jurisdictio in actionem famil. hercisc. venit: Non venit.*

XI. 22. *Alea lusus licitus est: Non est.*

XII. 23. *Cives pro mutuo à civitate contracto tenetur: Nō tenentur.*

24. *Iuramentum (quod pro forma verba requirit: Non requirit) accedens actui LL. civilibus illicito ipsum convalidat: Non convalidat.*

XIII. 25. *Commodans rem suam, antequam commodarius ea usus est, repetere potest:* Non *potest*

XIV. 26. *Creditor, qui filiof. pecuniam mutuo dedit actionem adversus hunc non habet (Ita ut filiusf. etiam in conscientiæ non teneatur) imò habet.*

XV. 27. *Pater ex contractu filii in solidum tenetur: Non tenetur.*

XVI. 28. *Mulier cum alio se obligans tenetur: Non tenetur.*

29. *Compensatio in delictis locum habet: Non habet.*

XVII. 30. *Sumptus studiorum & dos in societatem imputantur: Non imputantur.*

XVIII. 31. *Renunciatio de non contraveniendo contractu beneficium L. 2. C. de Resc. vend. includit: Non includit.*

XIX. 32. *Rei venditæ periculum emptoris est: Non est.*

33. *Conductor collectas solvere tenetur: Non tenetur.*

34. *In contractu æſtimatorio periculum accipientis eſt: Non eſt.*

35. *In prioritate pignoris tempus contractus principalis attendendum eſt: Non eſt.* XX.

36. *Venditor, non obſtante vitio rei venditæ pretium exigere poteſt: Non poteſt.* XXI.

37. *Vſuræ licitæ ſunt: Non ſunt: Debentur ex mora: Non debentur: Siſtuntur ſi ſortem exæquant: Non ſiſtuntur.* XXII.

38. *Sponſalia facile etiam unius partis voluntate diſſolvi poſſunt. Non poſſunt.* XXIII.

39. *Sponſus pro marito & Sponſa pro uxore habentur: Non habentur.*

40. *Conſenſus parentum de eſſentia matrimonii eſt: Non eſt.*

41. *Feudum in dotem dari poteſt: Non poteſt.*

42. *Princeps pro dotanda filia ſubditos collectare poteſt: Non poteſt.*

43. *Dos ſoluto matrimonio ſimul cum legato relicto per maritum mulieri peti poteſt: Non poteſt.* XXIV.

44. *Pater filio, cui aſſignavit portionem ſuam, unde vivere poſſit, de novo illis amiſſis ad alimẽta tenetur: Nõ tenetur.* XXV.

45. *Vitricus tutor eſſe poteſt: Non poteſt.*

46. *Pater teſtamento filio tutorem dare poteſt: Imo Elector non poteſt.* XXVI.

47. *Tutor à magiſtratu confirmatus dativus eſt: Non eſt.*

48. *Pupilli abſq; tutoris authoritate obligantur: Non obligãtur.*

49. *Filii mortui & imperitia excuſant à tutela: Non excuſant.* XXVII.

XXXI. 54. *Concubinæ legari potest: Non potest.*

XXXII. 55. *Figura verborum in materia legatorum attendenda est: Non est.*

XXXIII. 56. *Dos non constituta legata debetur: Non debetur.*

XXXIV. 57. *Nomine alimentorum ea, quæ ad disciplinam pertinent, veniunt: Non veniunt.*

XXXV. 58. *Filius sub conditione institui potest: Non potest.*

XXXVI. 59. *Fœminæ in fideicommisso familiæ succedunt: Non succedunt.*

XXXVII. 60. *Ejus alienatio prohibita est: Non est.*

61. *Bonorum possessio hodie adhuc necessaria est: Non est.*

62. *Sumptus à patre filio studiorum causa facti conferendi sunt: Non sunt.*

XXXVIII 63. *Hereditas non adita transmittitur: Non transmittitur.*

XXXIX. 64. *Princeps subditos alii donare potest: Non potest.*

XL. 65. *Statu liberi ut servi puniuntur: imò non ita.*

XLI. 66. *Dominium quoad Princeps habet dominium est: Non est.*

67. *Divisio possessionis quod alia sit justa alia injusta tolerari potest, sed ut à Dd. quibusdam traditur. Non potest.*

68. *Regalia præscribi possunt 10. 20. vel 30. ann. Non possunt.*

XLII. 69. *Sententia in possessorio lata definitiva est. Non est.*

70. *Post confessionem partis sententia necessaria est: Non est.*

XLIII. 71. *Interdicta actiones in rem sunt: Non sunt.*

XLIV. 72. *Exceptiones fidejussoribus competunt. Non competunt.*

73. *Actiones ex contractu vel delicto activè & passivè ad heredes transeunt: Non transeunt.*

XLV. 74. *Stipulatio alteri & super re turpi facta valet: Non valet.*

XLVI. 75. *Fidejussores in causa criminali accedere possunt: Nō possunt.*

76. *Pro alio solvens id quod solvit repetere potest. Non potest: Beneficium facit: Non facit.*

XLVII. 77. *Voluntatis aliqua pœna est. Non est.*

78. Qui defendendi sui causa crimen objicit, actione injuriarum tenetur: Non tenetur.

79. Qui crimen stellionatus committit infamis est: Non est.

80. Iudicio criminali per civile præjudicium fit: Non fit. XLVIII

81. Cum Sponsa & meritata adulterium committitur: Non committitur.

82. Qui desistit ab accusatione exclusus tempore in SCt. Turpill. incidit. Non incidit.

83. Pœna delicto commensuranda est: Non est.

84. Carnifex minus rectè peragens munus puniri potest: Non potest,

85. Imperator & Status pœnas remittere possunt: Non possunt.

86 Appellare ab interlocutoria licet: Non licet. XLIX.

87. Fiscus jure privati utitur: Non utitur: Procedit ordinariè. Non ita.

88. Qui rem fiscalem administrat, & brevi dives factus est, ex ea ditatus præsumitur: Non præsumitur. (est.

89. In collectando proportio authemetica observanda est: Non L.

90. Consiliarii, Professores horumq; viduæ à muneribus immunes sunt: Non sunt.

EX JURE PUBLICO.

91. Constitutiones Imperii jus publicum sunt: Non sunt: Leges sunt: Non sunt.

92. Ius publicum mutari potest: Non potest.

97. *Coronatio Romana hodie adhuc necessaria est*: Non est.

98. *Bavarus & Saxo Vicariatum Imperii exercent, dum officio funguntur*: Non exercent.

99. *Qualitas Status ex matricula probatur*: Non probatur.

100. *Imperator solus & Status facere potest*. Non potest.

101. *Nobiles Imperii non creantur ab iis qui Majestatem non habent*: Imò creantur.

102. *Cives immediati Statibus æquiparantur*: Non in omnibus; *Mediati immediatis æquales sunt*: Non sunt.

103. *Dignitatem amittunt liberi si eam facto suo pater amisit*: Non amittunt.

104. *Imperator & Rex Rom. jura Majestatis excercent*: *An verò Consensus Electorem vel Statuum semper necessarius sit*: *D. jura ipsa. sicq; A. N.*

105. *Vicarii tantum possunt, quantum Imperator*: Non possunt.

106. *Electores Reges & Principes reliquos omnes antecedunt*: Non antecedunt.

107. *Regalia sub superioritate territoriali, quam Status habent comprehenduntur*: Non comprehenduntur.

108. *Status contra jus commune leges ferre possunt*: Non possunt.

109. *Status bella gerere & fœdera pangere possunt*: Non possunt.

110. *Imperatoris Iudex Bavarus est*: Non est. *Statuum & civium immediatorum Imperator Iudex est*: Non est. *Mediatorum is judex est, in cujus territorio domicilium habent*: Non est.

F I N I S.